Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum
Digitale Bibliothek

Diodorus <Siculus>

Diodorus Siculus

Paris ca. 1510

4 A.lat.b. 312#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00019865-3

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

00012865

¶ Diodorus Siculus



¶ Venundantur Parisius in vico
Sancti Iacobi sub signo
Lilii Aurei

00019865

Pogius Florentinus ad Nicolaum. Quintum. Pon.Max.

VLlus antea quantū vis p̄clarus rerum ſcriptor fuit Sanctiſſime pater : qui ſuum opus aquę merito: atq; ego tibi has meas vigilias: alicui principi dicaret. Quid eſt enim ęquius q̄ ingenii monumenta ad eum deſtinare qui omnibus ingenio p̄ſtet & doctrina? Aut qđ magis debeā q̄ meos riuulos ad eū fontē referrę a quo curſus p̄ſētis operis emanauit? Nā licet antea q̄cq̄d ocii ſuperat ad ſcribendi curā (ne p ſecordiā efflueret) mea ſponte cōferrem erat tū paulo remiſſior animus tēporū: ne dicā ſuperiorū pōtificū culpā: cū oīne ferme tēpus nō in literarū prout optabā ſtudiis: ſed in quęſtu ad vitę ſuſtētaculū cōſumi rerū inopia vrgeret. Et certe quā q̄ vitę meę inſtitutio ea ſēp fuerit: vt pluris virtutē q̄ pecuniā fecerem: tamē nimiū aliquādo (ſi verū loqui licet) noſtri pontifices in erigendis ornandiſq; doctorū virorū ingeniis dormitarunt: Quidā bonarū artiū iſcitia: qdā ita pecunię addicti: vt plures apđ eos ābitionis & q̄ſtus: q̄ virtutis aut litteraū ratio valeret. Quę res bonis viris ad moduꝫ grauis: multorū mentē a ſcribēdi cogitatiōe aliēauit. Indignū q̄ppe eſt: nec ſapientibus viris ęquo aio ferēdū: eos ſępiſſime reiectis melioribus p̄ę cęteris extolli quos (vt leuiter dicam) nihil p̄ter pontificū volūtariā indulgentiā cōmendet. Te ſolū hęc noſtra conſpexit ętas. qui cum probenoris virtutem vitę mortalium ducez eſſe p̄ſtantis doctrina viros ſubleuares: & ab inerti ocio ad ſcribendi negocium traduces Vt vere hanc noſtrā chriſtianā rēpublicā ab eo nūc regi gloriari poſſimus: qui & ſapientibus exiſtat: & diligat ſapientię ſtudioſos. Quod vnum ſane cœleſtis dei donū tāti faciendū cenſeo: quanti eſt virtus viciis p̄ferēda. Nā vbi doctrinarū ceſſant exercitia: vbi nullū inter doctos atq; ignauos diſcrimen vigent: vbi nullus virtuti locus nulla ſtudiorū ratio habetur: vicia ibi regnent: torpeſcant ingenia: principatus & regina decidant: rerūq; omnium dominetur cōfuſio: neceſſe eſt. Itaq; nūquam ſatis pro meritis tua probitas ac virtus laudari poteſt: q̄ quū omnę ante actam vitā variis diſciplinis impēderit: nunc & doctis fauet viris: & ſua munificentia reliquos ad eādē inuitat virtutis ęmulationem Ego ſane cuius inter oēs tenuis eſt & doctrina & dicendi facultas: profiteor me tuis exhortationibus liberalitateq; compulſum operoſius q̄ ante

ſcribendi ſtudio incubuiſſe. Nam quum prius hortatu tuo Xeno
phontem de Cyri vita latinis legẽdum tradidiſſem. & hos quoq;
ſex Diodori ſiculi libros. quos fabuloſos ob antiquitatẽ tẽporum
(nam ante bellum troianũ acta cõtinẽt) appellauit. traducendi
munus te inſtante ſuſcepi. Haud ignarus rem ſatis difficilẽ me
ſubire: & multorum expoſitam obtrectationi: q̃ licet ſit praui bo
nis pendenda: tamẽ quũ priſcos illos ſumma auctoritate viros
aliquando laceſſiuerint: quid de nobis extimandum eſt quos nõ
auctoritas nõ dignitas tuetur: Sed tuo qđ eſt exquiſitiſſimum
doctorũq; iudicio fretus hoc opus abſolui eã michi tranſferendi
legem inſtituens quę a me in Xenophontis prohemio p̃ſcripta
eſt vt omiſſa verborum: qua multi grẽcorũ vtuntur ãbage: ſentẽ
tiis hęrens noſtrũ dicendi morem fuerim ſalua fide rerũ ſecutus
A lectoribus vero vt noſtris acgeſcãt copiis: poſtulo: neq; vltro: q̃
vires ferant: exigere a nobis velint. Si quis ampliora perat ingra
ti hois munere funget: nõ cõtẽtus his: q̃ nulla cũ ipenſa vltro libe
rali manu porrigunt. Ne gs vero id inſcitia factũ putet: ſciat con
ſulto me breuitati cõſulentẽ: aliqua omiſiſſe. q̃ ſocietatẽ orationi
peperiſſent potius quã venuſtatẽ. Licet aũt i libri primordio ſatis
ab auctore de hiſtorię vtilitate ſit explicatũ: hęc tñ antiquitatis
indagatio: in qua ois priſcarũ rerũ a primorũ hoim vſq; ad bellũ
troianum cognitio verſatur. p̃cipuis ẽ laudibus efferẽda Ad hoc
enim veluti hyſtoriarum fonte: qui poſtmodum ſecuti ſunt in pri
ſcis hyſtoriis fabuliſq; recenſendis hauſere: vnde ad cętero s trãſ
fundere valerent. Opus hoc certe varium eſt: egregium luculen
tum: noſtris vero adeo vtile cognitu: vt exiſtimam legentes ex
tot rerum excellentium noticia labori noſtro gratiam habituros
Sed iam ipſe Diodorus loquatur.

Tituli Primi Libri.

Prohemium totius operis.

Quę de mundi creatione: deq; omnium prima origine ab ęgy
ptiis traduntur.

Quę de diis fabuloſę ęgyptii ferunt: & quę in ęgypto ab eis vr
bes ſint conditę.

De primo hominum ortu: & eorum priori vita.

De honore immortalium: & templorum ędificatione.

De ſitu ęgypti: & quę de nilo pręter opinionem dicuntur.

De cauſa inundationis nili: & quę de illa tum hyſtorici: tum phi
loſophi ſentiunt eorumq; contradictionem.

¶Diodori Siculi a Pogio Forentino ī latinum traductī de antiquorum gestis fabulosis. Lib I.



Agnas merito gratias re tū scriptoribho mines debēt: q suo labore plurimuz vitę mortaliū profuere. ostendūt. n. legētib' p teritorū exēplis: qd nobis appetendū sit: quidue fugiēdū. Nā qui multarū experimēto rerū variis cū laboribus piculisq; p cul ipsī ab oī discrimīe gesta legim⁹: nos admonēt maxime qd cōferat ad degēdā vitā Ideoq; Heroū sapientissimus ē habitus is/q sępius aduersam fortunā exptus multorū vrbes ac mores cōspexit. Cognitio vero ex aliorum: tū secundis tū aduersis rebus pcepta: doctrinā habet omniū piculorū expertē Oēs p̄terea mortales mutua quadam cognatiōe vinctos: licet locis ac tēpore distantes sub vnū veluti conspectum redigūt: diuinā sane ꝓuidentiā imitati: q̄ tum cœli ornatū: tū naturas hominū varias cōi ordine quodam p oē ęuum cōplexa qd quēq; deceat diuino munere imptitur. Eodē pacto qui totius orbis velut vnius ciuitatis acta suis opibus istruxerūt: in cōem ea vtilitatē cōscripsere. Pulchrū est igit ex aliorū erratis in melius instituere vitā nostrā: & nō qd alii egerint q̄rere sed qd optie actū sit nobis ꝓponere ad imitandū seniorū consilia: quos lōga ętas prudētiores effecit laudant a iunioribus. At hos tanta antecellit hystoria: quāto plura exēpla rerū cōplectitur diuturnitas tēporis quā hois ętas. Itaq; ad vitę institutionē vtilissima hystoria cēsenda ē. tū iunioribus. quos lectio diuersarū rerū ātiqoribus ęq̄t prudētia: tum vero ętate maturis quibus diuturna vita rerū exprimēta submīstrauit. Adde q̄ priuatos vīros imperio dignos effictt Impatores ob imortalē gloriā ad p̄clara facinora ipellit. Milites ꝓpter laudē q̄ mortuos sequit: ꝓmptiores efficit ad pícula ꝓ pria subeūda. Improbos timore infamię a malis facinoribus deterret Deniq; lr̄arū monumētis q̄ testimoniū virtuti p̄bēt moti qdā tum cōdidere ciuitates. tū leges vtiles vitę mortaliū ediderūt. Nōnulli nouarū artiū doctrinarūq; iuentores ad vsum gentium extitere. Sed omniū rerū: qbus fœlicitas hominis paratur laudem prę-cipuam causamq; historię tribui decet Est eniz custos eorū: quę cum virtute acta sunt: testem se malefactis beneficiāq; erga omne genus hominum prębens. Et n. si ea: quę de inferis & qdem

Quis sapiens hystoriarum lectionem ꝓpositā fore dubitet?

hystorię vtilitas.

hystorię laus.

Inferi fabulosi

fabuioſe ferunt: multũ cõferũt hoibus ad pietatẽ ac iuſticiam ſeruandã: quanto magis putandũ eſt hyſtoriã veritatis aſſertricem tanq̃ totius philoſophię parẽtẽ: mores noſtros effingere ad virtutem. Oẽs. n. fere mortales naturę infirmitate maiorẽ vitę partem ocioſi ac ſegnes degunt: quorum vitę ac mortis ęqua obliuio eſt cum parvtriuſq; interitus ſequatur. Virtutis non facinora immortalia ſunt: p̃ſertim cum hiſtorię beneficium acceſſit. Et quidẽ decorum eſt mortales labores perpeti pro gloria immortali. Hercules quidẽ magnos multoſq; dum vixit labores ac pericula ſponte adiit: vt ſuis erga oẽs gentes bñficiis immortalitate donaret. Cęteros egregios vittute viros: hos quidem heroũ hos vero honores aſſecutos videmus: omnes certe magna laude dignos ſed eorum tamen omnium geſta ac virtutes hyſtoria ab interitu vẽdicauit. Et. n cętera monumenta ad paruum tempus petdurant variis caſibus diſturbata hyſtorię virtus per vniuerſum orbẽ diffuſa: ip̃m quod cętera conſumit: tẽpus cuſtodẽ ſui habet. Affert

eloquẽtię virtꝰ.

pręterea multũ opis eloquẽtię: qua nil ferme pręclarius reperit. Hac greci barbaris: docti indoctis pręferuntur: cum hęc vna ſit qua homines inter ſe cęteris antecellant: videtur quoq; res eſſe tanti: quanti fuerit dicentis virtus & eloquẽtia. Et quidem viros bonos laude dignos arbitramur: vt qui virtutis iter nobis oſtenderũt: verũ cũ alii aliud iter ſibi delegerint: poeſis quidez magis

Poeſis

Leges

oblectare animos q̃ prodeſſe videtur: & gentiũ leges ac inſtituta magis punire q̃ docere. Ita & artium reliquarũ: hęc nil ad fœlicitatẽ cõferunt harũ vtilitas dãno permixta eſt. Quędam pro vero docẽt mentiri. Sola hyſtoria pares verbis res geſtas repreſentãs: omnẽ cõplectit vtilitatem. Nã & ad honeſtũ impellit: deteſtatur vicia: probos extollit: deprimit improbos. Denicq; rerum quas deſcribit experimento plurimum proficit ad rectam vitam. Aduertentes igitur quanta laus ſcriptoris maneat: exemplo eorum moti: qui ſcribendo operã prębuerunt: hanc hyſtoriam aggreſſi ſumus. Verum cum ſuperiores memoria ſcriptores repetimus: paululũ admirari multorũ cogimur cõſilia: qui cũ multarũ diuerſarũq; rerum noticiam plurimũ in ſe continere vtilitatis norint: eorũ tamẽ quidã aut gẽtis aut vrbis vnius hyſtoriã abſoluere: pauci a vetuſtis hyſtoriis initium ſumẽtes vſq; ad eorũ tempora geſtas res & in cõi poſitas complexi ſunt. Et hi quidem ſua tẽpora tãtũ tradidere haud continuata ſuperioribus reruꝫ ſerie: hi barbarorum geſta tranſgreſſi ſunt. Alii antiquas hiſtorias veluti fabulo-

hyſtoria ad hõeſtum impellit.

sas propter earum difficultatez contẽpserunt. Nonnullorũ cum cępissent: mors ꝓueniens historias interrupit. Nonnulli vero trãscendere scribendo macedonũ tẽpora: in Philippi aut Alexandri aut successorũ gestis tantummodo versati Multis aut memoratu dignis rebus deinceps vsq; ad nostrã ętatem actis nullus historicus ea scribere vnica historia cognatus est rei magnitudine forsan diffusus. Quapropter licet tẽporũ rerũq; varietate: tũ scriptoribus diuersa tradẽtibus: arduaꝫ videatur & memoratu difficilis ꝑ teritorũ descriptio: attñ decreuimus & ipsi eã historiã: multis ꝙ Historia desset: obesset nemini legẽtibus tradere. Nam si qs memoratu di cõnexa gnas & totius orbis: tanq̃ vnius ciuitatis: priscorũ tẽporũ ad suã vsq; ętatẽ gesta res scripserit: laborioſũ qppe subibit opus: verũ satis audiẽtibus vtile. Licebit em̃ tãq̃ ex fõte vberrimo qd cuiq; vsui existat haurire. Quod si quis ꝓcurrere oẽs scriptores cupiat: opprimetur tũ librorũ multitune.: tũ diuersa scribentium varietate: vt haud facile verũ possit elicere. At ea q̃ sub vnicã historiã digeruntur: in prompru sunt lectoribus: faciliſq; eorũ noticia ẽ Deniq; eo scribendi modus hic est prẽstantior cęteris: quo vtilius parte aliqua totum habetur: continuũ rei prẽstat diuersę. Id quoq; qđ tẽporibus disptitur notius est eo: qđ est tꝑ confusum Igitur pensitantes hũc scribẽdi modũ esse vtilissimũ verũ pluri mo labore & tꝑ longo egentẽ: triginta annos in hoc opus absũ psimus. Multis n. difficultatibus ac periculis maiorem asię per agrauimus europęq; partem: quo maiori quę a nobis descripta sunt ex pte locis cõspectis certa lris mandaremus. In multis em̃ locorũ ignorantia errarũt nõ solũ quidã rudes scriptores: sed etiam docti. Vrbs prẽterea Roma in qua plurimo temptore versati sumus. ob imperii magnitudinẽ ꝑ vniuersum orbẽ diffusi: plurimũ nobis adscribendum opitulata est. Orti.n. ex argita Sicilię ciuitate percepta a romanis qui ad eã confluebant. latina lingua Historię ex veteribus eternalibus & duces eorũ & gesta nouimus. Initiũ initium vero scribendi sumpsimus ab his: quę tum grẽci: tum barbari prisci scriptores tanq̃ fabulis similia litterarum monumentis explicuerunt. Et quoniã prisca illa ad nostram vsq; ętatem tempora complectimur: in hunc modum paucis historiam nostram diuisimus Primi sex libri antiquorum gesta: quę illi fabulosa appellant: ante bellum troianum continent: inborũ primis tribus barbarorũ in reliquis antiquę grẽcorum res narrantur. In vnde cim deinde conferuntur: q̃ a troiano bello vsq; ad Macedonis

Librorũ multitudo Ingeniũ opprimit

Historię diuisio.

Alexãdri mortẽ gesta sunt. In reliqs tribus & vigiti cõiicimus: q̃ deinceps vsq; ad bellũ gallicũ cõtinentur: qđ romani duce Iulio cęsare (is ob gesta egregia iter deos est relatus: virtute cuius gallia omnis subacta est) gessere protenditur vero romanũ imperiũ vsq; ad britannię insulas. Huius res priores gestę primo centesimę octogesime olimpiadis ãno actę sunt principante athenien sibus Erodo. Tẽporũ quę nostra historia ante belluz troianũ cõ p̃hẽdi: scriptorũ inopia haud satis certa nobis rõ cõpta est: ab eo

Apollo dorus.

Apollo dorus atheniẽsis octoginta annorũ historiã cõtexuit: vsq; ad reditũ heraclidarũ: a quibus vsq; ad primã olympiadẽ ãni cõputãt trecẽti & viginti octo nũerato tp̃e: quo reges lacedemonię iperarunt. A pria vero olympiade vsq; ad initiũ belli gallici: qđ nobis statuimus scribendi finẽ: septingẽti sũt & trigita anni

Historię libri. xli

Ois hęc ergo historia quadraginta explicata libris ãnos cõplectitur mille cẽtũ trigita octo: his exceptis quos vsq; ad bellũ descripsimus Troianũ. Hęc diligẽter partiti sumus: quo & legentibus nota fiat historia: & inuidi abstineãt a detractiõe. Quãuisq; rite scripta erũt: carebũt inuidia. q̃ vero inscitia omittent: alii ortũ industria corriget. Nunc principiũ scribendę historię sumetur.

Historię pricipiũ

Quid de diis & qui primi eos colere docuerunt: & quid de illorũ immortalitate senserint: haud paucis ꝓpter rei difficultatem exprimi potest. Sed q̃ ad historiã ꝑtinere videbũtur: quo sint notiora legẽtibus in certa distribuemus capita: vt nihil dignum memoria omittat. De genere autẽ hominũ: deq; his: q̃ in orbe terrarum antiquitus dicuntur gesta: diligenter q̃tũ in tam: remotis

Mundi creatio.

ꝓpter ãtiquitatẽ rebus licebit a priscis illis tẽporibus sumpto initio scribemus.

hominũ gñatio

PRima hominũ generatio apud doctissimos ac pręstantissimos viros: qui verã naturam & historiã tradiderunt duplex fertur. Quidã mundũ ingenitum & incorruptibilẽ & genus hominũ ab ęterno extitisse: neq; habuisse ortus pricipiũ sensere. Quidã genitũ corruptibilẽq; arbitrari: & hoies dixerũt generationis initiuz tempore esse sortitos. Nam a rerũ primordio & cęlum & terrã vnicã habuisse ideam immixta

Chaos elemẽta

eorũ natura. Exinde distinctis inuicẽ corporibus cœpisse mundũ hunc ordinẽ quẽ videmus. Aerem quidẽ motũ hũc cõtinuũ sortitũ: & igneã partẽ eius superiora loca ꝓpter leuitatẽ aiũt appetisse. Eadẽ causa solem & astra cursus suos sortita. Quod vero humori mixtũ eodẽ stetisse in loco ꝓpter grauitatẽ: q̃cum mix-

ta essent: ex humidis qdem mare effectũ: ex durioribus vero ter Aialiũ
rã lutosam euasisse: & oino mollẽ: Hęc primũ cũ solis ardore dẽ creatio.
sior euasisset: eius postmodũ supficie vi caloris tumefacta mul-
tis in locis humores quosdam esse concreatos: in qbus putredi-
nes tenui cõtectę pellicula sint excitatę: quẽadmodũ in paludi-
bus & stagnis ęgyptiis videmus accidere: cũ frigida tetram subi
to ęstus aeris calefacit. cũ vero in humidis calore adibito genera
tio fiat: & noctu qdẽ circũfusus aer humorẽ ꝑstet q die solis virtu
te cõsolidetur tandẽ putredines illę ad sũmũ ꝓductę aduenien-
te veluti partus tempore exustis cõfactisqꝫ pelliculis ois generis
educũt animantiũ formas. quorũ ea q̃ maiorẽ calorẽ sortita sunt
in superiorem regionẽ volatilia effecta abierunt. q̃ vero plus ter
ręcõtinebant serpentia aliaqꝫ terrestria euaserũt animantia Na
turam aquosam nacta in sui generis elementum delata sũt. & ap
pellati pisces. Terra deinceps tum solis ardore tum ventis indi-
es magis ad escam: gignendis maioribus animalibus desiit.
Sed quę generata erant mutua commixtione alios animãtes ꝓ E uripi-
crearunt. Hoc & euripides Anaxagorę physici discipulus senti- des
re videt cum in menalippo cęlũ & terram mixta olim fuisse tra-
dat Sepata postmodum generasse sigula arbores volatilia: feras
ac omne mortalium genus. De prima terrę generatione q̃uis ꝑ-
ter opinionem nõnullis esse videatur tamẽ ea q̃ nunc quoqꝫ fiũt
his testimoniũ videntur afferre. nam iuxta thebaidẽ ęgypti cum
nili cessauit inundatio calefaciẽte sole limum ab aqua relictum Mures
multis in locis ex terrę hiatu multitudo murium oritur Quod hoinũ
argumentũ est ab ipso orbis primordio animantia similiter oia cibus.
generata esse. Eodẽ quoqꝫ modo & hoies a principio genitos
dñt in agris pastum quęrentes siluestri & incondita vita vixisse:
quibus herbę & arborũ fructus vltro victũ pręberent. Beluas in
super iis fuisse infensas: quibus vt obsisterent cętus hominum
obtimorẽ factos aiunt cõmunis vtilitatis gratia: auxilaqꝫ inuicẽ
prębita: & loca habitaculis quęsita. Sonus oris cõfusus cum eẽt verborũ
paulatim discreuisse vocẽ aiunt: & res ois suo nomine appellasse initiũ.
Verũ cum diuersis siti essent in orbis locis: nõ eisdẽ vsos verbis
fuerũt: ꝓpterea & diuersos litterarũ caracteres extitisse. Primos
qꝫ hominũ cętus suę quęqꝫ gentis initiũ fuisse Verũ primi hoies Hoies
nullo subsidio fulti durã agebant vitã Erant eñ nudi nullio ne nudi
qꝫ ędiũ neqꝫ ignis adinuento vsu: cibo in dies q̃sito: cum ignora
rent agrestes fructus i vsum futurũ condere & seruare ad gesta

Spelũcę tem. Quo fiebat vt hyeme plures aut fame au frigore interirent Expetimento deinde edoctos: & ſpeluncas aiunt quęſiſſe ad euitandã frigoris vim: & fructus ſeruare cœpiſſe. Ignis autem notícia cęterarũq; vtiliũ rerum percepta: & cęteras quoq; vitę hominũ cõmoditates breui tempore eſſe adinuẽtas Deniq; neceſſitatẽ ipſã rerũ magàſtrã factã: ſingulorũ pitiam ingeniis mortalium

Neceſſitasquid ſubminiſtraſſe: quibus coadiutores datę ſũt manꝰ: ſermo animiq; pręſtãtia. Sed hactenus q̃ ad primũ hominũ ortũ & victũ vetuſtũ ſpectarẽt: nũc ea diuerſis orbis locis geſta litterarũ monumenta tradiderũt recẽſeamus. Qui primi fuerĩt in orbe reges nequaq̃ cõpertũ hẽmus cũ nulli hiſtorici eos tradant Impoſſibile quippe eſt lr̃as æq̃ ac primos reges vituſtas extitiſſe. Si vero qs lr̃as etiã tũ fuiſſe cõtẽdat certe rerũ ſcriptores multo poſt tẽpore fuere Sed q̃ antiquior ętas tulerit: nõ ſolũ greci dubitãt: ſed etiam q ſe indigẽtes primoſq; rerũ ad vitã vtiliũ ſcriptores appellant barbari: atq; ab ſe multorũ tẽporũ geſta memorię ꝓdita affirmãt. Nos vero q̃ gẽtes quę natiões aut q̃ternus tẽpore: aut quot annis priores cęteris fuerint haud quaq̃ ꝓ cõpto tradentes: quę a ſingulis ſcriptoribus de antiquitate veteribus vt geſtis ſunt tradita: quę ſimilia videantur vero ſequuti initium ſumemus a barbaris: non q; eos grecis antiquiores putem: quẽadmodũ epho-

Dii primi ęgyptii rus dixit: ſed vt cum barbara abſoluerimus: gręca narrantes nihil externũ eorum rebus inſeramus. Quoniam apud ęgyptios deorũ genus primũ fuiſſe fabulantur: aſtrorumq; ab iiis veteres obſeruationes reptas. Plurima quoq; ac p̃clara excellentiũ virorũ geſta ferũtur. digna memoratu: ab rebꝰ eorũ hiſtoria ordiet.

Hominũ ortuſ



Radũt ęgiptii ab orbis initio primos homines apud ſe creatos cũ bonitate fœlicitateq; ſoli: tũ ꝓpter nilũ q̃ & multa genera: & ſuapte natura: q̃ genuit facillime nutrit. Nã & arundinũ radices p̃bet & lotũ: & ęgyptiam fabã: & quẽ dñt orſeum: multaq; p̃terea ad victũ hoĩm expoſita Prima animantia apud ſe orta ea vtuntur cõiectura: q; nũc etiã in thebaidis agro certis temporibus multi ac magni generentur mures Qua ex re plurimum ſtupent homines cum videant quorundam anteriorẽ vſq; ad pectus & priores pedes murium ptem animatã moueri: poſteriori nondũ inchoata ſed informi. Exhoc perſpicuum fieri aiunt ab ipſo orbis ortu primos homines ęgyptum protuliſſe: in nulla. n. orbis parte accidit eo modo animalia creari. Nã ſiue diluuiũ deucalionis tp̃e plura animãtia ab

Mures

Aegyptus

ſumpſit ęgyptum aiunt vtputa ad meridiem poſitam: cum in ea pluuię rarę ſint exptem eius calamitatis fuiſſe: ſiue (vt quidam ſentiunt) ſingula interierunt: ęquum eſt ſi terra rurſus animalia genuit: apud ęgyptū principium generis omnium animantium extitiſſe tēperiē quippe aer ęquū eſt p̄buiſſe generationi principium & cauſam generandi. Et.n. & nūc quoq; poſt nili vndationem cōſpiciť diuerſorū animantiū fętus abſcedēte.n. aqua limo q; terrę a ſole arefacto ferūt q̄daz aialia pfecta ſemipfecta aliaviderí in terrę gleba. Igitur primi illi hoies olim in ęgypto geniti. hūc mūdi ornatū cōſpicientes admirāteſq; vniuerſorū naturam duos eſſe deos & eos ęternos arbitrati ſunt: ſolē videlicet & lunā & hūc q̄dem oſiridē: hāc Iſidē certa nois rōne appellarūt. Et oſiridē q̄dē gręca interp̄tatione: vt qui ſuis radiis veluti plurib⁹ oculis terrā ac mare luſtraret: multos oculos habentē dixere. Cui rei poetę quoq; verba cōgerūt: ſolem oia cōſpicientē dicentes atq; audientē. Gręcorū vero quidā: q antiquiores ſcripſerunt fabulas Dionyſiū ſyriū cognomine appellāt: quorū Eumolpus in carmi nib⁹ bacchicis inq̄t Dionyſiū aſorū inſigne incēſū radiis. orphe⁹ vero eū ſplēdētē ac Dionyſiū vocat. aiūt ēt quidā cognomen illi a pelle p̄pter aſtrorū varietatē idictū. Iſidē vero iterp̄tatā eē anti q̄ ſūpto noie ab ętерno & veteri eius ortu. Addūt ſibi cornua: tuz p̄pter aſpectū ita.n. vī quo tpe primis diebus appetū q̄ bos ei ab ęgyptis ſacrificať. Hos deos arbitrati aſſerunt illos vniuerſum circuire orbē ac nutrire augereq; oia tribus ānī tp̄ibus: motu continuo p̄ficiētes orbem: vere: ęſtate: ac hyeme. Hęc inuicē contraria annū cōficiūt firma cōcordia. Quorū deorū natura plurimuz conferat ad oim animātiū generationē: cū alter igneus ac ſpiritalis exiſtat: Deorū alterū igneū eſſe ſpiritalē: altera humida atq; frigida. aervtriq; cōis. Ab eis itaq; generari atq; nutriri corpa oia rerūq; naturam ſingularem a ſole & luna perfici. Partes quas cō memorauimus quinq; eſſe: ſpūm videlicet: ignem: ſiccum: humidum: aera. Sicuti vero in hoie caput: manus: pedes: aliq; p̄tes enumeranť: eodē mō & mūdi corpus ex p̄tib⁹ his p̄ficiť: quarum q̄libet exiſtimať deus: p̄prio nomine ab ęgyptiis a principio: ſecundū cuiuſq̄ naturā: vocatus. Nam ſpūm verbi interprętatione appellarūt (quod cā vitę mortalibus exiſtat) tanq̄ cōem oim patrē. Idē & gręcū inſignē poetā de hoc deo ſentire volūt: eū deorū hominumq; patrem vocantem. Ignem vulcanum interpretantur magnum illum deum exiſtimantes: & multum ad generatio

expers diluuii aialia ex terra

Sol dei. lūa dea.

Oſiris Iſis

Dionyſius.

Iſidis cornua.

Tempora tria

Mundi partes

Dei vulcanus. terra mr

nem ꝓfectionēq; rerū cōferre. Terrā tāq; vas aliquod eorum quæ fierent putātes/matrem appellarūt. A gręcis similiter terra mater mutato deinde paulum verbo dimittērē dicta: sicut & Orpheus est testis: q terrā omniū matrē dixit diuitias largiētē. Humiditatē oceanū prisci vocitaruntveluti nutriētē nominis interpretatione matrem. Gręcorum nonnulli oceanū dñt: de quo poeta inquit: oceanū generatorē deorū & matrē thetim ęgyptii putant oceanū esse nisum a quo & deorum genus ducunt. Nā apud eos tantum plures esse vrbes asserūt a priscis diis cōditas: quēadmodū iouis. solis. mercurii. apollinis. panis. lucinę. & aliorum plurium deorū Aerē vero nominatū palladē ac iouis filiam dici & virginem fuisse: quoniā & nō corrūpatur: & sublimiorē locum teneat. Quapropter ex vertice iouis dr nata. Eādē dictam esse trigeminam ꝓpter tria anni tempora: ver: ęstatem: hyemē. Dicit etiam Glaucopis: nō ea causa quę gręci quidā arbitrant: q; oculos habeat albos: qđ stultū vr: sed quia aer glauci sit aspectus. Ferūt āt hos quinq; deos omnē peragrare terram: apparentes hominibus in sacrorū animaliū formis qñq; āt i hominū aut aliorum species quod minime fabulosum videt. Siquidē isti sunt q oia generant & producunt. Et Homerus: qui ad ęgyptios profectus est: multa q; ab eorū sacerdotibus percepit: hęc tanq; vera in opere suo fuisse describit Deosq; sępius i alienis formis circuire vrbes vicia & virtutes hominū inspiciētes. Hec de cœlestibus diis deq; eorum genere ęterno ęgyptii tradunt. Ferunt insuper alios ex hiis genitos qui fuerint mortales sapientia vero & inhumanū genus beneficiis immortalitate potitos. Horū quosdā in ęgypto regnasse partimq; eo fuisse nomine: quo & dii cęlestes: partim propriovocitatos: Solē: Saturnū: Rheā: Iouem quoq; a nonnullis ammona appellatū: Iunonē: ꝑterea Vulcanum: Vestā: vltimo Mercurium. Primū quidem regē fuisse apud ęgyptios solem eo nomine quo & cęleste astrum: Quidam sacerdotes affirmant primum regnasse vulcanū inuentorē ignis: eoq; beneficio ducem ab ægyptiis constitutū. Cum enim arbor ictu fulminis in montibus conflagrasset: ligna propinqua hiberno tempore a flamma sunt cōprehensa. Qua ex re vulcanum calore lętatum deficiente igne addidisse illi nouā materiam: & eo mō cōtinuato igne alios homines conuocasse ad eius aspectum tanq; a se reperti. Deinceps Saturnū qui sororem Rheā cœpit vxorē: aiūt extitisse genuisseq; secundū quosdam Osiridem & Isidē plures genuisse Iouem ac

Oceanꝰ Tethis

Aer pallas cur iouis filia.

Trigemina.

Videtur.

Glaucopis.

homerꝰ ęgyptꝰ

Dii itē hoies.

Sol rex. primus

vulcanꝰ Ignis iuentio.

Saturnꝰ Rhea

Osiris Isis

Iunonem tradunt: qui propter virtutez vniuerso orbi imparint: Hos quinq; genuisse deos: prout apud ęgyptios dies habentur quinq; intercalares Osiridē. Tiphona. Appollinē: venerē: & Osiridē. Typhōa. Apollinē & Venerē & Osiridē interpretatū Dionysiū Isidē vero Cererē. Hac Osiris in vxorē sūpta regnoq; suscepto multa cōtulit advsū vite cōis. Eiꝰ em̄ virtute mutuę cibi grā cędes hominū cessarūt. Inuento. n. ab Iside primum tritico & ordeo q̄ prius incognita hoibus casu iterꝫ cęteras herbas oriebātur Ab osiride vero eorum fructum cibi vtilitate animaduersa: oms eo nutrimenti genere esset vsos: tum propter cibi reperti suauitatem: tum quia vtile videbatur seuitię crudelitatiſq; promiscuę cām abesse Signa huius inuentę segetis ferūt qđ ab eis veteri lege: & nunc quoq; obseruatur: vt messores ęstate spicas maturas ad manipulū excerpant in deę oblationē: atq; Isidem inuocent. Honorē ei deo inuentę frugis reddentes. Apud quasdam vero vrbes in Isidis põpa inter reliqua triticū & ordeum ferri in memoriam repertorū: leges quoq; Isidē statuisse ferunt: quibus iusticia ęque omnibus seruaretur: vi atq; iniuria timore pœnæ sublatis. Hac de cā ptiscos gręcos Isidē legiferā appellarunt tanq; primam legum inuētricē. Fertur etiā Isidis tēpore condita esse vrbs in thebaida ęgypti centum portarum a matre denominata Thebę. Posteri vero partim Iouis ciuitatem: nonnulli thebas dixere. Eius em̄ conditorē vrbis non soluz reliqui scriptores: sed etiam ęgiptii sacerdotes incertum hūt. plures tradunt non Osiridis tēpore: sed multos post ānos a rege quodam thebas fuisse cōditas Verū de hoc posterius suo loco dicetur. Erexisse quoq; templum Ioui & Iunoni parētibus insigne: cū magnitudine: tū ornatu. Duo insuper tēpla aurea statuit: vnū maius Ioui cęlesti: alterum mius Ioui regi eorū pri quē quidā Ammonē vocāt. Fecit etiam aliis diis quod retulimus aurea templa honoribus cuilibet & sacerdotibus institutis. Artiū quoq; aut rerum ad vtilitatem vitę spectātium reptores ab Osiride & Iside in honore habiti fuere. Inuenti insup ęris auriq; in thabaida fabri armaq; facta: quibus & feras occiderent: excolerentur terrę. Statuę pręterea & deum templa aurea ab his cum omni ornatu fabricata sunt. Fuisse & Osiridem studiosum agriculturę tradunt Nutritum aut in nysa fœlicęs arabię propinqua ęgypto: cuz esset iouis filius: vnde & gręci a patre & loco Dionysium appellant. Huius vrbis poeta. qui in ęgypto fuit in suis hymnis meminit dicens esse Nysam vrbē supra montē excelsum ac florētem lōge a phęnicia ferme

thyphō Apollo: Venus Ceres dionysius Triticum Ordeum.

Fruges:

Leges Isidis.

Thebę.

Ammō Arma Templa

Statuę

Agricultura osiris. nysa Dionysius.

Vinea. egypto cõterminũ: Vineę quoq; fuisse inuentorẽ in nysa tradũt quã plantãdi ac vini conficiendi seruãdiq; ex alio transferendi

Mercuri iuẽtaver borũ or dolitterę

vsum edocuit: Mercuriũ quoq; maxime omniũ ab eo honoribus affectum: & repertorem rerũ plurimarũ: quibus vitę homi= nũ cõsuleretur. Volũt hunc. n. primũ & verba in ordinẽ redegisse & multis indixisse rebus noia. Fuisse quoq; litteratũ inuentorem

Deorũ cultus astra Palęstra Numeri Medici na.

aiunt: instituisseq; : quo honore quibusue sacris colerentur dii. Is primus obseruator astrorũ cursus fuit: & vocũ armonias adinuenit. Palestrę numerorumq; & ad corpora curanda medicinę artis/ lyrę insuper ex neruis triũ cordarũ instar triũ anni tẽporum repertorẽ tradũt: Tres enim instituit voces: acutã grauẽ: & mediã: acutã ab ęstate: grauẽ ab hyeme: mediã avere sumemus. Hic & grecos docuit verborũ interptationẽ. Vnde & ipsum hermem

Lyra Hermes

hoc est interptẽ appellarũt: Deniq; & qui tempore Osiridis fuere sacrarũ litterarũ scriptores hęc eadẽ ab illo accepta referunt.

Olea Osiris

Osiridẽ etiã plurimũ suo consilio vsũ: oleę quoq; plantam ab eo non a minerua quẽadmodũ greci dicunt: repertã. ¶ Osiridem vero tãq; virũ bonũ glorięq; cupidũ ferunt ingentem exercitum

Vites

coegisse: vt peragraret orbẽ doceretq; mortales plãtare vites ac tritici & ordei segetẽ: pecorũq; fructum existimans si hoies ab agresti vita ad cultiorem mitiorẽq; traduceret honores se (quod & consequutus est) potiturũ immortales. Non enim prisci illi tãtum sed posteri etiã ꝓpter inuẽtas ab eo segetes beneficii memores ꝓ maximis diis habere. Tradunt autem osiridẽ egypti regno constituto reũq; omniũ cura Isidi vxori pmissa tradidisse

Mercuri us.

ei mercuriũ: cuius consilio (quoniam prudẽtia videretur excelle re) inter amicos vteretur. Ducem vero exercitus: omniũq; quę

herculeſ

sue ditionis erãt. reliquisse Herculẽ: tum quia genere proximus: tum quia fortitudine roboreq; corporis erat admirabili. Regni

Busiris Antęus

gubernationem itaq; partitus est. Phęnicię & Maritimę oręs Busiridem. Ethiopię Libyęq; proximis regionibus Antęum

Apollo

prefecit. Ipse cũ omnibus copiis ex egypto in expeditionem ꝓ

Laurus

festus est: secum fratrem ducens: quem greci apollinem dicunt

Hedera

& lauri reptorem: obq; id luãrũ ei dicatã esse: hederã vero ab ossi ride reptam: quã ei consecrarũt: quemadmodum & Dionysio greci. lingua vero egyptia hederã Osiridis plantam vocant. In

Myritus

sacris autem hedera vitibus ꝑfertur: quoniam eę folia amittant illa vero seruent continuã viriditatẽ. Quod & apud antiquiores iin ceteris ątboribus: q̃ semꝑ virẽt: accidit. Nã & veneri myrtum

& Apollini laurum dedicarunt. Oſiridem vero duo filii virtute diſpares: Anubis & Macedō ꝓſecuti ſunt Vterq; armis vſus eſt i ſignibus aliquo animali haud ab eorum natura diſſimili. Nam Anubis caṅem: Macedō lupū inſigne armorum tulit. Qua ex re hęc aialia ęgyptii ſummo in honore hñt: & horum animantium formis apud ęgyptios coluntur. Duxit inſuper ſecum Pana cui ab ęgyptiis diuerſis modis pręcipuus honor habitus eſt. Nam eius regionis accolę non ſolum ſtatuas ſibi in templis omnibus poſuere: ſed & in thebaida ciuitatē ſui nois ędificarunt chēmin: id ē panis vrbē vocitatā. Secuti quoq; ſunt eum in agris colēdis experti: qui vineas plantare nocet Maron. Qui triticum ſerere tri ptolemus. Omnibus deinde cōpoſitis. Oratis diis oſiridē comā quoad in ęgyptum rediret nutriſſe aiunt: ac verſus ęthiopiā pro fectū. Quę cōſuetudo vſq; ad hęc tempora inoleuit apud ęgypti os: vt peregrinātes quoad domū reuertuntur nutriant comas. Cū eſſet in ęthiopia ferunt oblatos ei ſatyros comas vmblicotenus habentes. Dicitur oſiris fuiſſe cupidior riſus: delectari ſolitū mu ſicis & choreis. Quapropter illum muſicorum multitudo ſeque- batur. Inter eos nouem fuiſſe virgines adoleſcentulas: tum cane re ſolitas: tū in aliis eruditas: quas deinceps gręci appellarunt muſas. Has apollinē docuiſſe dicunt: qua ex re muſicus eſt noia tus. Satyros vero ad pſallendū cātādū ad animi remiſſionē aptos ſecū in caſtris habebat. Non enim bellicoſus aut p̄liis periculiſq; deditus fuit: ſed ocio & hominum ſaluti. Quo beneficio pro deo oēs eū gētes hēbant. Ethiopib⁹ agricultura oſtendēs: inſignibus inſea vrbibus a ſe ędificatis & p̄fectos dedit: & tributa inſtituit p ſtari. Hoc tempore nilū ferunt circa ſyrii canis exortum: nunc. n. maxime creſcere cōſueuit: maiorē ęgypti partē: & eam maxime: cui Promotheus impabat inūdaſſe. Abſumptis. n. ferme oñibus eius regionis incolis Prometheū dolore motū ſe interficere vo- luiſſe. Fluuiū vero ꝓpter curſus velocitatē ꝓfunditatēq; aquarū aquilā tunc appellatū Herculē: tū cōſilii magnitudine: tū virtute volūt eueſtigio cōpreſſiſſe aquarū impetū: & ad priorē curſum cō uertiſſe. Vnde & gręci quidā ꝓpetę rē geſtam in fabulam verten- tes: herculē tradunt aquilā Promethei iecur depaſcentem occi- diſſe. Fluuii nomen vetus oceanus fuit: poſtq̄ eius compreſſus eſt decurſus: aquila deinde a rege quodam ęgyptus appellatus. Quod & poeta teſtatur: dicens fuiſſe ęgypti flumine naues tri- remes: locum vbi nilus in mare defluit: theonim vocatum ferunt

Anubis macedō Canis Lupus Pan. Chēmis Maron. Tripto- lemus coma oſiridis Satyri Muſę Apollo muſicus Satyri Diluuiū Prome- theus Nilus Agla ꝓ methei. oceanus Nil⁹ ȳ.

antiquum egypti emporiũ. Postmodũ a nileo rege nili quo nũc vtuntur nomẽ sortitum. At vero osiris cũ esset i montibus ethiopię vtrasq; ripas nili aggere cinxit: ne modũ excederet inundatio: sed veluti p portas quasdã exiẽs lenis esset: atq; agris ꝓficua Deinde p arabiã iuxta rubrũ mare iter faciens ad extremos indos puenit. Vbi & plures cõstituit vrbes: ex qbus vnã nysã noiauit in eius memoriã in qua est nutritus vbi hederam plantauit: q̃ sola eo loco alitur & in nysa egypti. Multa quoq; alia reliqt sui apud indos monumẽta. Ex quibus posteri deũ illũ esse opinati sunt: asserentes eum genere indum esse Exercuit quoq; elephãtorũ venatiões. Colũnas insup multis in locis statuit suę expeditionis testes. Peragrauit aũt & cęteras asię nationes: ac per helle spontũ in europã transiens lycurgũ i thracia barbarorũ regẽ sibi obsistentẽ pemit: Illi ꝓuincię maronẽ iam senem p̃fecit: q̃ ædificauit ciuitatem quã ab se maroneã noiauit. Macedonẽ filiũ regẽ statuit eius prouincię: quę ab eo Macedonia dicta est. Triptolemum colendis agris prefecit. Deniq; cum orbem ferme circuisset domesticis fructibus excoluit hominum vitam. Si qua regio vitibus inepta esset: docuit ex ordeo potũ fieri haud multum virute gustuq; vini inferiorem: cum in egyptum rediisset: tulit dona sę cũ a diuersis gẽtibus data. Qua ꝓpter magnitudine bñficiorũ & donatus immortalite: & honores est cęlestiũ secutus. Deinde cuz ad deos ex hominibus trãsisset: & honore illi & sacra vt maximo deorum ab iside & mercurio istituta sunt: multaq; in mystica ad cultum addita: qbus eius dei potentiã ampliorem redderẽt. Verũ ex vetustis sacerdotũ arcanis: qui osiridis tẽpore fuerant postea comptũ est: osiridẽ egypto iuste regnantem a typhone fratre impio atq; nephario interemptum. Quẽ illi in sex ac vigiti ptes dissectum cuilibet eorũ q secum tanti sceleris pticipes fuerant ptem dedit. Veluti eius facinoris consciis: Et simul vt ipsos defensores custodesq; haberet regni fidos: Isis fratris eiusdẽq; viri mortem auxilio filii (Oros eiñ nomen erat) vlto typhone & qui cędis consciі fuerant interemptis: egypti regnum cœpit. Commissa ea est pugna iuxta fluuiũ in parte arabię antęi appellant vicũ. Qđ nomẽ ex antęi morte ab hercule occisi osiridis tẽpore sortitus ẽ locus: Osiridis ptes ois dispersas p̃ter pudẽda cum inuenisset cupiens incertũ esse viri sepulchrũ: ab egyptiis aut singulis honorẽ haberi ex aromatibus ac cera singulas eas partes in formam hominis viro similem composuit. Conuocatis deinceps ægypti

Nysa

lycurgo maonea ciuitas macedonia triptolemus.

Ordei pot⁹ ab osiride inuentus

osiridis cædes Typhõ.

ãtęivic⁹ osiridis partes

ſacerdotibus ſingulis dedit Oſiridis imaginẽ: aſſerẽs ei ſoli cor
pus illius creditũ: atq; adiurans vt nunq̃ apud ſe eſſe ſepultura
oſiridis vlli panderent: vtq; illud in abditis ſeruatũ vt deum co=
lerent: eiq; animal ex ſuis quod mallent dicarent: quẽ & colerẽt
veluti oſiridẽ dum viueret: & poſt obitũ ſimili cerimonia obſer=
uarent. Vt aũt maiori beneficio ſacerdotes ad hęc ſibi promptio
res facerẽt: tertiã eis agrorũ partem ad deorũ cultum & ſacra cõ
ceſſit. Hi tũ meritorum oſiridis memores: tũ beneficio iſidis alle
cti: eius mandata pfecere: qua ex re etiã nũc ſacerdos quilibet
teſtatur penes ſe oſiridẽ ſepultũ eſſe: Aiantia quoq; a principio
ei dicata i honore hñt. & cũ moriuntur in eorũ funere renouant
oſiridis luctũ. Tauros aũt ſacros hunc qdẽ apim: Alterũ Mẽphiz
noiatos ſacrificant oſiridi: Quos etiã veluti deos ęgyptii oiñes
colunt. Hoc eñ animalitritici iuentores multum adiutos ſe aſſe=
runt: & ad ſerendũ & ad cõmunẽ agrorũ culturã: iuraſſe aũt iſis
dicitur viro mortuo nulli ſe amplius nupturã. Iuſſo deinceps re=
gnauit iperio: beneficiis in ſubditos reliquos ois excedens. Poſt
obitum vero imortalium honores conſecuta eſt. Sepultaq; apud
mẽphim in vulcani loco. Vbi vſq; ad hoc tps ſepulchrũ eius mõ=
ſtratur. Nõnulli horũ deorũ corpora nõ illic ſita arbitrãtur: ſed in
ęthiopię ęgyptiq; montibus iuxta inſulam: quę nili portę ab a=
gro diis ſacro appellantur. Veſtigia huius oſtendunt: tum ſepul=
chrum oſiridi conſtructum atq; a ſacerdotibus ęgyptiis in hono
re habitum: tum vrnas trecentas ſexaginta: quas quottidie la=
cte replent ſacerdotes ad id inſtituti: luctumq; renouãt deos no=
mine vocantes. Hac de cauſa inſula a tranſeuntibus aditu prohi
betur. Apud thebaidem vero: quę ciuitas antiquiſſima eſt omni
um incolas maximum habetur iuſiurandũ p oſiridem i nubibus
exiſtentem. Omnibus oſiridis partibus vt rettuli: pręter pudẽdis
ſepultis. Ea quippe in fluuiũ a typhone cum nullus ex cędis con
ſciis illa penes ſe eſſe vellet erant ꝓiecta. Ab iſide poſtea non mi
nori honore: quam reliquę partes: fuerunt ſepulchro condita.
Eius imaginem coli: ſacraq; ei ac cerimonias pie vt deo fieri do
cuit nomen eius dei pręcipuum reddens atq; inſigne. Quapro=
pter greci cum orgia ſacraq; dionyſia ex ęgypto tranſtuliſſent:
huic quoq; porrioni honores impenderunt eam in ſacris ac ceri=
moniis phalon appellantes. Ab oſiride vero atq; iſide vſq; ad
alexandrum macedonem: qui in ęgypto ſui nominis vrbem cõ=
didit: annis dicunt amplius decem milibus: vt vero quidam aſſe

apis bos Mẽphis bos.

Iſis dea Iſidis ſe pulchrũ.

Oſiridis Iuſiuran dum.

Orgia. Phalos.

asserunt paulominus tribus ac vigiti milibus extitisse. Qui deũ hunc tradunt thebis boetię ex semele & ioue fuisse genitum ab errare videntur Orpheũ enim cum ad ęgyptios transisset percœ pisset q̃ apud eos sacra & mysteria dionysia (esset ãt amicus the= banis: a quibus plurimo in honore habebatur) rettulisse ad eos tradunt ĩ ipsorũ gratiã huius dei originẽ. Plębẽ postea: tũ igno= rantia: tũ vt deus in gręcia ortus videretur: libenter ea sacra ac orpheus mysteria suscepisse. Orpheum vero hanc generis & sacrorũ origi Cadmus nem ea cõiectura volunt: ad gręciã trãstulisse: q̃ cadmus ex the Semele. bis ęgypti ortus p̃ter cęteros filios & semelẽ susceperit: eam a quo piã corruptã post septimũ mẽsem peperisse infantem ferunt osi= ridi simílem neq̃ illum vixisse diutius siue diis improbantibus siue repugnante natura. Quod ęgre ferens cadmus responso ac ceptor vt parentum iussa seruaret: infãtem deaurauit: illiq̃ sacra ostriscur instituit. vt esset argumentum illum ab ostride natum. Ad iouem ex ioue. insuper genus rettulit: vt & ostridis factũ cohonestaret: & corru= Orphe⁹. ptionis infamiam demeret. Id causam prębuit gręcis: vt crederẽt cadmi semelẽ ex ioue ostridẽ pepisse. Orpheũ postea cui magna erat apud gręcos gloria: tũ p̃pter cãtus sua uitatẽ: tũ p̃pter sacra hospitio acceptum a thebanis ferunt: magnoq̃ in honore apud eos habitam. Hic cum ab ęgyptiis theologiam percœpisset anti= quum ostridis genus ad posteriores transtulit. Inq̃ thebanorum gratiã nouum constituit sacrificiorũ ritũ: quod fabulis causam dionysi⁹ prębuit vt iouis ac semelus filiús dionysius putaretur. hoĩes vero partim insciti a partim orphei fama & opinione moti: eum vt gręcum libenter susceperunt deum. Postea adhibitis poetarum (quas theatra comprobabant) fabulis certa est p̃bita huic generi fides. Dñe: prętera gręcos vt suos ac domesticos sibi vendica= re insigniores heroas ac deos. Se eorum insuper colonias asse re ab se missas. Nam hercules qui genere ęgyptius fuit: cum sua Hercules virtute pambulasset magnã orbis partẽ in lybia colũnam posuit ęgypti⁹. cuius rei testimoniũ a gręcis capere nitũtur: cum. n. cõstet omni bus herculẽ adfuisse diis in bello: quod aduersus gigantes ges= sere: ferunt nequaq̃ gigãtes ex terra gigni ea potuisse ętate qua gręci asserunt hęrculem pauloante bellum troianum extitisse: Sed potius vt ipsi d'cunt: in primo humani generis ortu. Ab hoc enim plusq̃ decẽ milia ab ęgyptiis numerantur anni. A troię Claua vero tẽpore minusq̃ mille ducenti. Eadem modo claua & leonis herculis pellis antiquo herculi conueniunt: quo tpe nondum erant arma

adinuenta: sed fustibus hoies iniurias propulsabant: ac ferarum pellibus tegebãt pro armis corpa & hunc quidẽ Iouis filiũ matrẽ incertam ferunt Qui ãt exalcmena genitus est plus annis mille post extitit Et ipse alcęus ab ortu vocatus cui post herculis cognomen est inditũ Nõ ꝙ ꝓpter Iunonẽ sit gloriã adeptus: sicut omitres ait: sed quia virtutẽ illius prisci imitatus Cõuenit quę ab his debẽt apud gręcos fama herculẽ orbis monstra ꝓdomuisse Quod illi herculi tribui nequit qui fere coęuus tꝑibus tenacis fuit Iam maiori ex parte cultura agrorũ: tũ vrbibus plurimis tũ vero hominum vbiq; inhabitantiũ multitudine domesticis. Magis igitur ea decent illum herculẽ: qui prisca ętate fuit: cum homines infesta rentur a beluarũ multitudine in ęgypto pręsertim cuius nunc quoq; regiones deserte sunt: & feris imanibus plenæ Huius simile veri est: veluti patrię misertum herculẽ eiusmodi feris occisis eã reddidisse hominibus colẽdam: eoq; beneficio cęlestium honore donatum Ferunt insuper Perseum ęgypto natum: atq; Isidis genus a gręcis ad argos referre fabulantes Io in bouem fuisse mutatam Sed vana est de his diis opinio Nam quidam Isidẽ: alii cererẽ: quidã thesmophoram: alii lunã nõnulli Iunonem: alii alio nomine appellant. Osiris vero tum Serapis dicitur: tum Dionysius: tũ Pluto: tum Ammõ: tum Iupiter Alii pana eundem vocant. Multi existimant Serapim esse: quez gręci plutonem putant asserũt autẽ ęgyptii Isidẽ pluriũ inuentricẽ ad morbos medicamẽtorũ: & medicinę arti admodũ contulisse: quã imortalitate quoq; potitam gaudere hominũ cultu inq; eorũ valitudine pręcipue versari. Quinetiam in sõnis opitulatur palã eis quos censuerit dignos. Tũ ostẽdens suũ numẽ: tũ erga beneficentiã egẽtes curãdis. Signa horũ esse dicũt nõ gręcas fabellas sed opera certa. Omnis enim ferme orbis hanc deam colit propter manifestas eius morborum curas. Et.n. in somnis illam dicunt non recte valentium auxilia morbis prębere. Et qui eius monitis optemperant pręter opinionem curari: etiam quorum medici salutem desperarint. Visu quoq; aut alia quapiam corporis parte debiles eius deę numen implorantes in pristinam valitudinem restituuntur. Ab ea quoq; medelam ad assequendam immortalitatem aiunt esse inuentum. Itaq; orum filium a titanis insidiis interfectum: ac per a quam repertum non soluz in lucem restituit: sed & fecit immortalem. Videtur autem vltimus iste deorũ regnasse: postq̃ pr̃ Osiris fuit ad deos translatus

Arma prischorum

Alcheus hercules

Perseus

Io. Isidis nomina

Osiridis nomina

Isis medicine augmẽtatrix & morborũ curatrix

Or'dict' Appollo

Orũ dicũt appollinem interptari: ac medendi diuinãdicq; artem a matre Isidε edoctũ: multũ hominibus tũ oraculis tum medelis attulisse vtilitatis.

Opinio.

Egypti sacerdotes a Solis regno vsq; ad Alexãdri tempus: quo i asiã trãscẽdit: annos cõputãt fere mille & viginti. Fabulant quoq; priscos illos deos regnasse annis amplius mille & ducẽtis. Posteriores vero nõ minus tẽcẽtis. Et cũ annorũ numerus fide carere videat cõnãtur qdã cum apd antiquiores nõdũ solismotus not⁹ eẽt ad lunę cursũ ānũmeriri: Ita cũ ann⁹ trigita dierũ cõficeret haud impossibile fuit quosdã annos mille ducẽtos vixisse: Si qdẽ nũc cũ duodecim cõficiatur mẽsibus plures centesimũ excedunt annũ. similiter & de his accidit: quos aiũt trecẽtos regnasse ānos: Illi em tũc mẽsib⁹ ānũ cõficiebãt secũdũ tria eius tẽpora ęstatẽ videlicet ver ac hyemẽ

Gigãtes

q̃ causa fuit vt qdã greci annos sicut ptẽ ei⁹ vocarẽt horas annuas vero scripturas aduersaria. Scribunt in super egyptij Isidis ętate vasto fuisse corpore homines: quos Gigantes greci dixere sacerdotes egyptii monstra quędam ab Orisde postmodum deuictos. Sunt qui hos existimẽte terra genitos recenti adhuc prima animantium generatione. Alij robore corporis ceteris validiores cum multa prędara edidissent opera gigãtum nomen casu sortitos affirmant. Multi existimant cum Ioui Osiridiq;

Fr & soror mrimonio copulati

diis bellum intulisient omnes peremptos fuisse: lege quoq; egypti pręter communem cęterorum omnium morẽ sanxere fas esse sororẽ a fratre vxorẽ capti Exemplo Isidis moti: q̃ fratris Osiridis nupsisset: eoq; mortuo & iurasset illi amplius non nubere: & viri mortem vltra iusto imperio regnasset: plurimum etiã de genere hominũ suis in eos beneficiis merita His de causis plus honoris ac dignitatis reginę q̃ regi ipenditur. In priuatis quoq; mulier viro dñari dicit ꝓfitẽtibus i dotis cõfectiõe virilis oibus eẽ vxoris arbitrio parẽdũ. Haud vero insclus sũ a nõnullis scriptoribus

Vxores maritis patere debent.

tradi horũ deorũ sepulchra in nysa arabię sita: qua nyseũ Dionysiũ appellãt. esse autẽ vtriq; dicatum colũnam sacris sculptam Osiridis litteris tradunt: inq; colũna Isidis hęc scripta esse. Ego isis sum & Isidis egypti regina a mercurio erudita: quę ego legibus statui nullus colũnę. soluet. Ego sum mater Osiridis: Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum ori regis mater: Ego sum i astro canis refulgẽs. Mihi bubastia vrbs condita est. Gaude gaude egypte q̃ me

nutristi In colũna Osiridis hęc scripta debent'Mihi pater saturnus deorũ omniũ iunior. Sum vero Osiris rex qui vniuersum peragraui orbem vsq; ad desertus indorum fines Ad eos quoq; profectus: qui arcto subiacent vsq; ad histri fontes Et iterum alias quoq; orbis adii vsq; ad mare occeanum partes Sũ saturni filius antiquior: germen ex pulchro & generoso ortum: cui non semen genus fuit neq; vllus est in orbe ad quem non accesserim locus: docens oẽs ea quorum inuẽtor fui Hęc tãtũ in columnis legi posse affirmant alia (quę plurima sunt) tẽpore esse corrupta & de his sanę quę in sepulchris extant consentiunt fere omnes Nam quę sacerdotes condita i arcanis habent nolunt vt veritas ignota sit ad multos manare pęna iis adiecta qui ea in vulgus proderent Tradunt insuper plures ęgypti ab eis colonias per vniuersum orbem deductas. nam in babiloniam colonos traduxisse Belum neptuni volunt libyęq; filium: qui sedem vrbi pone euphratem cum elegisset sacerdotes hos caldeos babilonij vocant: more ęgyptiorum instar obseruarent Phisicos etiam astrologię qui dediti essent instituit. Ferunt etiam danaũ ex ęgypto profectum antiquissima fere vrbium græcię agros condidisse Chocleorum quoq; gentẽ: qui in ponto sunt: iudeos isuper qui arabiam intra syriamq; consedere ab ipsis testantur trãsmigrasse Quapropter & apud has nationes antiquo more circunduntur pueri: ab ęgypto ea consuetudine traducta Quineriam athenięses colonos saitaruꝫ ęgyptię gẽtis eẽ: eo asserere argumẽto nitũtur ꝙ apud gręcos tantũ vrbs asty vocatur ab ęgyptiorum more olim tripartita fuisse asseuerãt Nã primus gradus erat nobiliũ: qpręceteris doctrinę. dediti maiore honore digni hẽbantur: ĩ ea re sacerdotibus ęgyptiis perssimiles Secundus eorũ: quibus agri erant assignati vt armis intẽti essent pro primę defẽsione: illis pares qui in ęgypto agros tenẽtes milites ad belluꝫ subministrabãt Tertius plębis erat atq; opificum qui artibus mercẽnariis intenti necessarias operas p̃berent. Ordo ab ęgyptiis sumptus

Belo rex

indorũ qui illas insequendo ascenderãt vi fluminis submersis. Rex multis prodigiis augurũq; respõsis monitus ne flumẽ transiret finẽ psequẽdi fecit. Semiramis pmutatis captiuis in bactrianos rediens maiorẽ exercitus partẽ dimisit. Paulopost detectis quas ei Ninus p eunuchũ parauerat insidiis oiq; iniuria iuxta ãmonis respõsũ remissũ cum oibus filio vt regi parerẽt pdictis mãdasset euestigio euanuit ad deos iuxta oraculi respõsũ (vt creditũ est) translata. Quidã fabulant illã in colũbã fuisse cõuersam cõpluribus. n. nauibus domũ ingressis: & illã cũ reliqs aduolasse volũt. Quod factũ ẽ vt syrii colũbã vt deã colãt imortalẽ reginã arbitrati. impetrauit vniuersę asię pter indos. Vixit annos (quẽadmodũ ethesias gnidius scripsit) duos & lx cũ quadragita duobus regnasset Atheniẽses nõnulliq; alii scriptores asserũt. Semyramidẽ cũ pulchra decoraq; forma esset rege assyriorũ pręter modũ dilectã Cuius modestia fuerit admodũ laudata. Cuj eius vite integritas vulgata admodũ foret persuassisset viro tradunt vt quinq; dies se solam regnare pateretur. Quo impetrato sceptro regni stolaq; regia sumptis prima die splendidum cõuiuium feciſſe: inq; eo omnes duces principesq; adegisse: vt sibi veluti reginę parerent. Secunda die cuj populares nobilioresq; se tanq; reginam colerent: viro incarcerem truso magnoq; animo cum cœpisset regnum: ad seniũ vsq; multis a se pręclare magnificeq; gestis tenuisse. Hęc de Semyramide a diuersis auctoribus traduntur. Post eius obitũ sumpto regno filius pacem cum singulis egit nequaq; matrem imitatus: sed omne vitę tempus reclusus in regia conspectumq; hominũ vitans inter pellices & eunuchos ociuj & delitias secutus traduxit. Existimabant enim incommoda omnia vitare: in continuis versari voluptatibus: vacuum esse curis summã in rege fœlecitatem esse. Ad securitatem imperii & vt a subditis timeretur. ãnuatim certum militum in dicebat numerum aceorum ducem singulis prouinciis imperabat. Exercitus cum extra vrbem conuenisset: ducem cuilibet nationi prudentiorem ex his qui secum erant constituebat. Acto anno copias remissoq; domũ priori milite rursus a puinciis petebat. Quo fiebat vt & subditi promptius imperata facerent: cũ semper timor militum sub diuo agentium immineret Et si qui forte desciscerent timore pœnę q̃ primum dicto parentes essent. Annuã vero militũ mutationẽ ad id cõferre existimauit: vt pari ua tẽporis consuetudinẽ nulla inter eos amicitia contracta neq;

Semiramidis morte sẽtiat aduerte.

Ninus matri lõge dissimilis.

ninias ste

duces nec̄ ceteri aduersus regem conspirarēt. Diutina .n. milí-
tia: tū milites robustiores: tū duces prudentiores solent efficere.
Quę res sępius magnas facultates ad desciscēdū a principibus
p̄buit. Vita vero principis exteriorībus ignota voluptatis eorum
occultas reddit & tāq̄ inuisibilē deū ne verbo q̄dem quis blaspheme
mare pricipē p̄ timore audet. Hoc pacto duces exercitus ꝓuicia
rū p̄sides: domesticarū rerū curatores: iudices insup̄ singularū
gētium aliaq̄ ꝓ regni cura disponens vitā augebat. Similiter &
Assyrio cęteri reges ad Sardanapalū vsq̄ triginta regnū tenuere. Cuius
rū impe tēpore assyriorū imperiū: Qđ annis mille & trecētis sexaginta p
rium. seuerauit: quēad modū etheſias secundo libro tradit: ad medos
transiit. Noia regū quātoq̄ q̄sq̄ regnauit tēpore: cū nil memo
Mēnon ria dignū egerint: nequaq̄ scribit. Solū memorat auxiliū troia
nis ab assyriis missū. Dux p̄sidii Mēnon thitoni filius fuit. Theu
tamo enim in asia regnante vigesimus a Nino atq̄ Semyrami
de descēdit Agamennonē tradūt aduersus troiam cū gręcis bel
lū mouisse: cū assyrii amplius mille annis asię iperasset. Cū vero
Priamus bello oppress⁹ ab rege Theutamo p̄sidium vtpote assy
riis subditus p̄legatos postulasset: ille decē milia ęthiopum toti
dēq̄ Susianos cū ducētis curribus duce Mēnone ad troiā misit.
Menno Erat tūc Titonus p̄fectus p̄sarum acceptus maxie regi. Mēnon
nis exer vero ętate florēs ac animi corpori sq̄ p̄stās viribꝰ maxie in ea tē-
citus. pestate vigebat Aedificasse eū ferūt in susis loco excelsiori regi-
am: q̄ vsq̄ ad p̄sarū imperiū p̄mansit. Mēnonia ab illo denomia
ta. Strauit & viam leoferam ea regione quę adhuc Nēnoniavo
catur. Asserunt qui sunt in ęgypto ęthiopes Mennonia eis in lo
cis natum ostendentes antiquā illius regiam: quam nunc etiam
Mēnoniam dicunt Sed constat illum troianis cum viginti pe-
ditum milibus curribus ducentis prędio fuisse: multosq̄ grę-
cos pugnantem accidisse: tandem per insidias a thessalis inter-
fectum corpus eius ab ęthiopibus erectū crematumq̄ extitisse:
ossaq̄ eius ad thitonum delata. Hęc de Mennone inscriptis re-
Sarda- giis barbari tradunt contineri. Sardanapalus a Nino trigesi-
napalus mus rex: vltimus vero assyriorum. excessit omnes superiores
vltimus desidia ac voluptate. Nam prętereq̄ ꝓ a nullis exterius conspi-
assyrio- ciebatur: virum muliebrem duxit cum pellicibus veste. tum pur-
rū rex. purea indutus: tum molli lana contesta. Stola insuper muliebrī
faciem totumq̄ corpus in modū pellicis fuco componens vltra

luxum muliebrē laſciuiebat: vocem fœmineam loquendo imita
tus non ſolum cibum potumq; qui voluptatem prębęrent conti
nuo appetebat. Sed luxurię quoq; deditus nūc viri nūc mulieris
vice abutebatur: omni poſthabita ſexus: ac pudoris cura. Adeo Sard. e=
vero delitię turpis voluptas incontinētiaq; in eo viguere: vt ſuc pitaphiū
ceſſoribus poſt obitum ſuum in ſepulchro inſcribi barbarica lin=
gua mandarit: quod poſtmodum gręcus interpretatus eſt. Hęc
habeo q̄ commedi: & quę cū amore & voluptate percępi. Ea plu
rima & prębipua relicta ſunt. Vita in hunc modum turpiter exa=
cta Imperiū aſſyriorum: quod diutius perſeuerat euertit. Arba= arbaces.
ces quidam genere medus: virtute & animi magnitudine p̄cla medus
rus dux erat copiarū: quę ſingulis annis in ninama medis deſti
nabantur. Contracta amicitia cum babyloniorum duce nomine Beleſus
Beleſo hortatus eſt ab eo vt principatum aſſyriorū deleret. Erat Caldei
enim inſignis inter ſacerdotes: quos babylonii chaldeos vocāt
peritus aſtrologię diuinationiſq;: multis prędixerat quę erant ꝑ
cul dubio futura. Hic arbaci cum amicus eſſet: cum imperio om=
nium potiturum prędixit: quibus Sardanapalum regnaret Dau
dato viros Satrapāſe illū babyloniorum: ſi vera prędiceret factu
rum promiſit. Ipſe tanq̄ dei vocibus in ſpem elatus cum reliquis
ducibus: tum benigne alloquendo: tum beneficiis ad eius beni
uolentiam attraxit. Cupiens aūt regem atq; eius vitam inſpice=
re data vni ex eunuchis aurea fiala ad Sardanapalum introdu=
ctus eſt. Cōſpecta regis mollitie & muliebri apparatu: illū vt nul
lius rei hominem deſpexit: magniſq; in ſpē incubuit a chaldeo
datam. Inita. cum Beleſo ſocietate vt ipſe medos ad imperium:
perſas ad defectionē ſollicitaret. Ille vero babylonios barbarorū
q; ducem ſibi amicum ad communionem conſiliorū impelleret.
Cum tēpus miſſionis exercitus adueniſſet: quilibet de more i pa
triam ſeceſſit. Arbaces ad medos reuerſus perſuaſit: vt pro impe
rio perſis pro libertate ſumerent arma. ſimiliter & beleſus baby=
lonios impulit ad libertatem: & arabes legatis miſſis prębfectum
eorum ſibi familiarē ad ſocietatē cōſiliorū hortatus eſt. Acto an=
no ad ninā cōuenere oēs ſuccedere ſe de more cęteris ſimulan=
tes: reuera vt imperium Sardanapalo auferrent. Erant quattuor
gentes: q̄ in vnū conuenerent: numero milia hominū quadrin=
genta muniti caſtris: ac de rebus cōibus cōſultantes. Cognita de
fectione Sardanapalus aliarū nationū exercitū aduerſus deſci= Sard. vi
ſcētes ducens cōmiſſa certamine hoſtes ſupat: ꝑfligati admon= &oria

es confugiunt stadiis a nina distantes septuaginta: quibus cum denuo ad campos fortunā experturi descēdissent. Sardanapalus cum omnibus copiis occurrit. Instructa acie p̄ p̄conem ei q̄ Arbacem aut babylonium belesum occidisset: talenta auri ducenta q̄ viuos tradidisset duplex p̄miū ac medię p̄fecturam pollicitus es. Verū nullū ea p̄mia mouerunt. Cōmisso certamine multi ex hostibus occubuere. reliquos Sardanapalus vsq̄ ad castra montibus sita p̄sequitur. Qui cū arbace erāt aduersis p̄liis pauentes initio q̄d victis agendū esset consilio maiot pars in patriā cuiq̄ redeundū Ibi p̄occupanda munita loca alios in societatem belli vocandos: necessaria ad bellum parāda esse cēsebat Belesus babylonius asserēs deos multis cū laboribus periculisq̄ victoriam polliceri persuasit vt in bello perseuerarent. Cōmissa rursus pugna rex superior fuit: castrisq̄ hostium potius vsq̄ ad montes babyloniosi secutus est In eo certamine Arbaces viriliter pugnās multis p̄stratis assiriis vulnus accepit. Tot aduersus p̄liis eorū q̄ defecerant icti duces: cum domum abire decreuissent Belesus sub dio pnoctans ex astrorum obseruatione recedere volētibus p̄dixit paucos post dies vltro illis auxilia aduentura: resq̄ eorū in melius cessuras esse. Hęc astris significare deos. Suadere igitur se: vt suę arti fidentes parum p̄ deorū beneficia expectarent. Huic exhortationi parētibus ducibus: p̄missumq̄ expectantibus tempus nūciatum est bactrianorū exercitum ad regem mitti: p̄pinquūq̄ esse magnis itineribus p̄ficiscentē Visum est igit Arbaci reliquisq̄ cū expeditis militibus obuiā p̄ficisci: vt aut defectionē p̄suaderent bactrianis: aut ad id armis cogerent. Primū duces tū reliqui libertatē asserentes copiis cęterorū sese addiderūt. Hæc Sardanapalus ignorās memor superioris fortunę ad hilaritatem profusus epulū militibus ex sacris: vinumq̄ abundę p̄buit: aliaq̄ epulo accommodata. His intentis assiriis Arbaces q̄ per transfugas hostiū in castris negligentiam: vt qui vino ciboq̄ grauati: somno quietiq̄ indulgebant norat: noctu castra hostiū expugnauit. acie instructi in compositos: parati imparatos adorti: multis interfectis reliquos in vrbem compulere. Sardanapalus cum exercitui ducem p̄buisset Salamenum vxoris fratrem vrbis curam custodiendę sumpsit. Hostes in locis patētibus iuxta vrbē duobus p̄liis copias regias fundunt: interfectoq̄ Salamino reliquos persequentes partim in fuga cædunt: p̄tim i flumen

Bactrianorū aduentus

Salamenus Arbacis victoria

euphratem ꝑcipites agũt. Paucis qui cędi ſuperfuerant in vrbeꝫ compulſis. Adeo ingens numerus occiſorum fuit. vt fluuius redundante hominũ ſanguine colorem mutarit. Obſeſſo in vrbe rege multę nationes quęlibet libertatem aſſerens ad Arbacem deferunt Rex magno in diſcrimine regnum verſari videns filios tres: duaſq; filias cum magna auri argentiq; copia in paphlagoniam ad cottum ꝑſidem miſit ducum oim ſibi acceptiſſimũ tum per epiſtolas: reliquorũ q nõ defecerant: auxilia accerſit ad ferendam obſidionem paratus. Erat.n. reſponſum ꝓgenitoribus datum nunquam Ninam capi poſſe: niſi cũ fluuius vrbi hoſtis fieret. Quod nunq̃ futurũ ratus ſpem cœperat obſidionis traducendę: & ſimul futura auxilia expectabat Hoſtes vrbem quã ꝓpter mœniũ altitudinem expunare neqbant obſedere. Nondum.n. catapultę: neq; vinearũ: neq; arietis quo muri vrbium deiiciuntur vſus reat. Iis q in ciuitate erant oẽs ad vinctũ res & obſidionẽ tolerandam neceſſariq regis cura ad id antea impẽſa ſupererant Cum duobus annis obſidio perſeueraſſet per ſummum ocium obſeſſorũ. tertio cõtinuis imbribus excreſcens ſupra modum fluuius cũ partem vrbis inundaſſet muros deiecit ad ſtadia viginti. Hic rex exiſtimans tempus oraculi adueniſſe deſperata ſalute ne in hoſtium poteſtatem ꝓueniret pyram in regia ingentẽ extruxit: ſupq; eam auro argentoq; omni veſte inſuper regia impoſitis vxoribus quoq; atq; eunuchis in medio pyre recluſis ſe cremandũ vna cum his in ignem iniecit. Hoſtes audita regis morte vrbem ꝑ eam quę ab oraculo prędicta erat muri parte ingreſſi. Arbacem regia ſtola indutũ regem appellarunt omniũ ſibi rerũ poteſtate permiſſa Sumpto imperio arbaces cum belli ſociis procuiuſq; meritis dona impenderet ꝓuinciarũ quoq; ꝑſides ꝓnũciauit. Babylonius beleſus q futurũ impiũ ꝑdixerat admonens prędemiſſurũ ꝑfecturam babylonię obtinuit. Et ſimul teſtatus eſt votum ſe bello: dum in dubio res eſſet. feciſſe victo Sardanapalo regiaq; incenſa: cineresſe ex ea babyloniam delaturum ac pene templum dei aggerẽ erecturũ qui ab omnibus ꝑ euphratẽ nauigantibus conſpiceretur ꝑpetuum monumẽtũ regni aſſiriorũ deleti. Hoc petit ſuaſore eunucho quodam a quo argentum autumq; ad ſe delatum occultum tenuit. Quod ignorans Arbaces exiſtimabat eñ omnia igni vna cũ ſardanapalo abſumpta eſſe deferri babyloniam cineres pmiſit ciuitati immunitate conceſſa Beleſus paratis nauigiis vna cũ cineribus babyloniam vim

Cottus

Nina vrbs.

Sardanapali exitus.

Arbaces rex.

magnã auri argentiq; destinauit. Quare ad regẽ delata iudices eius criminis dati sunt: ex his qui vna secum fuerant victores Cum belesus factam confiteretur iudices eum capite damnarunt. Rex magni vir animi volens regni principia humanitate ac clementia firmiora reddere non solum belesо pœnam remisit: sed asportatum aurum argentumq; condonans prefecturam babyloniorum a principio concessam habere iussit. Asserens maiora illius erga se beneficia: q̃ iniurias esse. Hac vulgata clementia non solum beniuolentiam singulorum: sed & gloriam assecutus est censentibus omnibus illum imperio dignum qui ita parceret delinquentibus. Arbaces suis bonis ciuibus concessit vrbem a solo euertit: aurum argentumq; omne nam ad multa talenta ex incendio efluxerat: detulit in echatanam mediq; vrbem. Hoc pacto assiriorum imperium quod ad trigesimam prolem a nino peruenerat annis mille & quadringentis ad medos transiit. Nũc equũ videt: quo nil memoratu dignum omittamus: de his qui chaldei apud babyloniosvocãtur referre.

Maxia Arbacis ĩ belseũ clemen tia.

Chalde orum. virtus

Haldei babyloniorũ antiqssimi cũ locum in sua repub. quẽ in egypto sacerdotes obtinere. Ad cultum enim deorũ deputati p. omnem vitã philosophant peritissimi astrologiq; habiti. Multi diuinatione quadã futura pdicebãt: tũ auguriis: tũ sacris: tũ aliis qbusdã incãtationib⁹ & mala auertere ab hoibus: bona afferre: auguria insup: sõnia & prodigia interpretari cõsueuere. Eorũ pterea q̃ ad sacra speculanda ptinẽt pitissimi. nõ em̃ quemadmodũ grecis horũ oim doctrinã pcipiũt. Nã pueri a pribus pgeniẽ secuti eã discũt philosophiã oi aliarũ rerũ cura posthabita. Ita tũ qa a teneris ãnis in ea doctrina eruditũtur: tũ qua diuti⁹ i illa pseuerãt doctissimi euadũt Apd grecos vt plurimũ tarde ad philosophiã accedũt paulũq; in ea imorati ad q̃stũ vertũtur. Pauci admodũ in ea imorãtur pdiscẽda lucri gratia ad alia exercitia versi. Nõ em̃ de more imitãtur pen tũ doctrinã: sed ipsi sua spõte variis studiis p libito icumbũt Et enim barbari in suscepto exercitio semp immorantur: greci veto lucri gratia nouis semper opinionibus incũbentes: deq; maximis disciplinis inter se altercãtes incertos discíplinos reddunt animũq; eorũ p omnem vitã dubium nulla certa sentẽtia errare compellunt. Ita si quis preclarissimorum philosohporũ diligenter sectas exqrat repugnantes admodum maximisq; de rebus inuicem contrariis cõperiat. At vero chaldei mundũ sempiternuz

Chalde orum opinio.

esse aiunt: neq; principium habuisse: neq; sortiturum esse finem. Vniuersorũ ordinẽ atq; ornatum diuina quadã prouidentia factum. Cęlestia oia non casu aut sua spõte: sed determinato quodam firmoq; deorũ nutu iudicioq; esse pfecta. Astrorum longa obseruatione cursum naturãq; diligentissime scrutati: multa futura hominibus prędicunt. Maximam vero vim ac motum quinq; astrorũ qui planetę appellant interpretes illi dñt & eius pśertim qui a grȩcis Saturnus dicitur esse affirmant. Clarissimum vero & cuius maxima sit virtus solem dicunt. Reliquos quattuor eo noie: & quo nostri astrologi appellãt Martẽ Venerẽ. Mercuriuz Iouẽ Mercurios illos ꝓpterea vocant: q; cũ aliis astris haud quaq; errantibus: sed motũ ordinatũ habentibus isti soli propriũ cursum sortiti futura ostendãt: tanq; deorũ interpres volũtatis. Nãtum ortutũ occasu: tum colore significare recte aduertẽtibus futura testantur. Aliquando vero ventis quandoq; hymbribus: tuz ęstu nonnunq; cometis: solis & lunę eclipsi: hiatu terrę multisq; nicq; signis: quę prosint quęue obsint non solum gentibus ac locis: sed & regibus & priuatis personis ostendunt. Sub horum cursu esse astra triginta: quę deos consultores appellant: & horum medietatem supra reliquam subtus terram ferri: tum quę apud homines accidunt: tum q; a cęlestibus eueniunt spectantia. Diebus aũt decem ex superioribus vnum ad inferiora veluti astrorum angelum: alterũ rursus ab inferioribus ad supa mitti. Et hũc esse eorũ ꝓscriptũ motũ circuitu sempiterno. Deorũ ꝓcipuos duodecim asserũt esse numero. Quorũ cuilibet mẽsẽ & vnũ ex signis zodiaci tribuunt: perq; ea solẽ ac lunã reliquosq; planetas q;q; efficere motum suum. Solem anno: lunam mense proprios cursus peragere. Reliquorũ planetarũ quẽlibet suum motum diuersis cõsummare tũ velocitate tũ tpe. Hos aiunt planetas plurimuz in generationẽ cõferre vel bona vel mala, cõsequẽda pq; eorum naturã atq; aspectũ maxime cognosci: q; sint hominibus euentura. Multa quoq; prędixere tum aliis tum etiam regibus præsertim alexandro: cum esset cũ Dario pugnaturus. Postmodum Antigono Nicanori Seleuco: prędicunt etiam idiotis futura ita euidenter vt mirum & vltra hominem ingenia esse putetur Viginti quattuor preterea astra prębet zodiaci circulum annumerant: quorum duodecim versus boream: duodecim ad notum vergant. Et hęc quod videri: quę attribuunt viuentibus hęc non apparere: & defunctis adesse putant: quę iu-

Planetę solisvirt?

angelus xii. principales dis xii. menses sortiti.

Planetarum influxus

Lunæ cursus

dices vniuersorũ appellãt. His omnibus inferiorem lunã ferri ꝓpius terrã dicunt: quę breui tempore efficiat cursum suum nõ qdẽ ꝓptervelocitatẽ motus: sed ꝓpter circuli breuitatẽ. Quod vero lumen a sole habet: qꝫ ꝓpter terrę vmbrã obscuretur sentiunt cũ græcis. De solis eclipsi varia sentientes: neqꝫ de ea suam sentẽtiã afferre audent: neqꝫ tẽpus prędicere. De terra priuatas sentẽtias

Terra cõcaua.

afferunt aserentes scaphę ſimilẽ: & cõcauã esse: multaqꝫ de hac deqꝫ reliquis quę in orbe sunt persuadere nitunt: de qbus alienũ ab historia est singulatim referre. Hoc autem concedunt omnes chaldeos astrologię vltra cęteros: cũ diutius in ea versati sint eẽ peritos. Numerum annorũ: quibus se huiusmodi astrorũ doctri-

Astrorũ obseruatio.

nę vacasse affirmant: haud facile quis crediderit: nã quadringẽta tria annorum milia annumerant: vsqꝫ ad Alexandri ascẽsum ex quo astrorum obseruationes ab se cœptas dicunt. Et de chaldeis hactenus. Nunc eo vnde digressi sumus redeat oratio.

Herodoti sęculũ medorũ sermo

QVoniam scriptores plurimi de medorũ ĩperio dissentiunt: haud ab re erit veritatẽ historię exqrenti: i quibus differant referre. Herodotus qui xerxis tempore viguit assiriorum regnũ qui annis antea quingẽtis asię iperi tauerãt scribit a medis euersum deinceps multo tẽpore nullũ fuisse regẽ: qui oĩibus imparet. Ciuitates singulas populari imperio vsas absqꝫ regibus vixisse. Tandẽ plures post annos electum a medis regẽ iustitia insignem nomine Ciaxarẽ: q ꝓpinqs populis in medorũ societatẽ adductis dux omniũ creatus est. Tuꝫ

ciaxares

posteri eius susceptũ imperiũ ꝓpagarũt vsqꝫ ad Astyagem quẽꝫ

astiages

Cyrus pseqꝫ deuicerũt: de quibus nunc paucis contenti postmodũ suo tempore diligentius trademus. Secundo septime ac decimę olympiadis anno factus est medorum rex Ciaxares secundũ herodotũ: ethesias gnidius post herodorũ: qui cum Artaxerse ad

Ethesię seculum

uersus Cyrum fratrem eius militãs captus est: obqꝫ artẽ medicinę annis decẽ & septẽ cũ rege summo cũ honore fuit. Ex ãnalibus: regũ: i qbus prisca ꝓsarũ gesta obseruata consuetudine scripta erant: certam a se comptam historiã ad græcos attulisse affirmat. Is tradit post deletum assiriorũ regnũ medos imperio asiæ

arbaces mãdães

potitos fuisse Arbace regnãte: q cũ Sardanapalũ bello vt dictum est superasset: regnassetqꝫ duo triginta ãnis Mandanes filius de

Sosarmõ

imperium suscepit: qui asię imperauit annis quinquaginta. Post hunc annis triginta regnasse Sosarmonem. Quinquaginta arte

camim Arbianẽ duo & viginti. Quadraginta Arsteum. qui bello maximo cum caduſiis geſto ſuperatus ſit. Eius rei cauſa tradi- tur fuiſſe Parſodes perſa vir fortitudine ac prudentia multiſq; ã- terea virtutibus memorabilibꝰ: q regi apprime charus cũ magna eſſet auctoritate apud eos: qui prẽcipui penes regem habeban- tur: ex quodã iudicio infenſus regi: cum tribus milibus peditum equitibus mille ad caduſios aufugit. A quibus ſuſceptus ſororeꝫ deſpondit vni: qui cẽteris eo tempore potentia prẽſtabat: cum a rege aperte defeciſſet ſuaſit caduſiis omnibus: vt ſe in libertatẽ vendicarent. Dux belli ob virtutem creatus exercitum maximuꝫ ad ducenta hoim milia coegit. Caſtriſq; in finibus caduſiorũ po ſitis. Arceum medorum ducem ſe aduerſus cum octingentis mi- libus hominum profectum pugna inita ſuperauit. Ad quingen- ta milia interfectis reliquos abegit extra caduſiorũ fines. Hac vi ctoria inſignis a caduſiis rex creatus in mediam trãſiit omniq; prouincia vaſtata magnã gloriã aſſecutus eſt. Vergens in ſeniuꝫ cũ inſtaret vitẽ finis: execratus eſt ſucceſſores qui odiũ inimiciti amq; iter Caduſios ac medos deleret: q pacẽ ꝓcuraret exilio mꝰ ctaretur. Siue ꝓgenies ſua: ſeu caduſius eſſet. Quapropter cadu- ſii ſemꝑ medis hoſtes extitere nunq̃ illorũ regibus ſubditi vſq; ad Cyrũ pſarũ regẽ. Poſt arcei obitũ i medis regnauit Artines an nis duobus & viginti. Artibanus quadraginta. Poſt hunc ptꝰ a medis deficiẽtes: cum patriã vrbemq; Sacis tradidiſſent: magnũ bellum inter ſacas medoſq; : quod annis duobus magnis vtrin- q; cladibus geſtum eſt excitarũt. Pax tandẽ cõſtituta: vt parti ſub iicerentur medis: Sacę mediq; amici ſociiq; iuicem perpetuo eſ- ſent. Sacarũ tũ regina erat mulier Tarina noie belloruꝫ appetens audacia quoq; & rebus geſtis cẽteris fœminabus inter ſacas no bilior. Habet ea patria mulieres robuſtas: q̃ viros appetunt p̃ſerti belli gloria illuſtres. Fertur hęc tum pulchritudine tum vero con ſilio prudentiaq; mirabilis extitiſſe: propinquaſq; gentes barba tas, ſupbia elatas ac ſacis imperantes expugnaſſe: maioremq; e- ius regionis ptem ad mitiorẽ traduxiſſe vitã. Multas inſup con- didiſſe ciuitates: quas reddidiſſet prę cẽteris vicinis gẽtibus fœ liciores. Poſt eius obitũ memores beneficiorũ eius virtutiſq; ſub- diti ſepulchrũ ei cõſtruxere: cium q̃ apud ipſos erat magnificen tius. Pyramis ea fuit triãgularis: cuius latus quodlibet tribus ſta diis ꝓtẽdebatur. Altitudo ſtadii erat vnius: vertice i arctũ cõſtru cto. Addiderunt ſepulchro aureã ſtatuam iſtar coloſſi. Honores

Arſteus

ꝓſodes.

Caduſii

Arceus

Bellũ ca duſium

Artines

artiba- nus.

Sacæ.

Tarine virtus

pyramis

insuper heroicos aliacꝫ ad sepulchri magnificentiam impende=
runt: que suis maioribus consueuerunt largiri. Astibara medorũ
rege in ecbatanis obsenectam defuncto filius Apanda regnum
cœpit a grẹcis Astiages nominatus: quo a chyro rege persarum
deuicto medorũ regnũ ad persas trãstit: de qbus suo loco scribe=
mus. De assyriorum medorumcꝫ imperio: decꝫ his in quibus dis
sentiunt scriptores satis dictum putamus. Nunc ad indos: eacꝫ
quę de his traduntur transeundum.

astibara rex apãda q astiages dictus ẽ

Indię situs. emodes mons sacę

INdia in quattuor latera distincta. Quod ad orientẽ quodue ad meridiem vergit magnũ mare circũdat Qđ arctos spectat Emodẽ mõs ab ea scythia quaꝫ habitãt hi q appellanť sacę diuidit. Quartũ qđ ẽad occidẽtẽ fluuius id⁹ terminat oium fere post nilum maxim⁹. Magnitudinẽ idię ab oriẽte ad occasũ scribũt stadioruꝫ vigiti octo miliũ. A septẽtriõe ad meridiẽ miliũ duorũ ac trigita. Hęc tãta indię magnitudo circulo ęstiui tropici vť subiecta. In multis indię locis aiunt erectũ lignũ nullã a sole vmbram redde re nocte arctos nõ videri. In vltimis vero minime aspici arcturũ quo in loco vmbras versus meridiem iclinare dĩnt. India multos mõtes ac magnos cõtinet arboribus ois gẽis oppletos. Campos insup plurimos maximosqꝫ fructibus vberes pulchritudine egre gios. Diuisa est fluminum multitudine agros plurifariam rigan tium. Ista ex re bis i anno p̃bet fructus Animantia varii generis producit p̃ ceteris magna ac robusta: partim terrestria: ptim vo= lantia. Elephantes insup plurimos maximosqꝫ q libycos robore excellũt. Vtunť his quos venatione abũde capiũt in prẹliis: mul tũcꝫ ad victoriã cõferũt. Hoies quocꝫ fert ꝓceros ac validos & ar tificio accõmodatos: vt q aerem purum ducant: & aquaꝫ bibant salubrẽ Terra & domesticis fructibus opulẽta est: & variis multi plicibusqꝫ metallis fœcunda. Nascit in ea ingens argenti auricꝫ vis non parũ quocꝫ ęris ferricꝫ & aurichalci. Multa insuper ad cul tũ vtilitatemcꝫ vitę & belli apparatum. Prẹterea inter alias sege= tes fit apud indos plurimum milii: ac leguminũ agrosa qua flu minũ irrigante. Oriza quocꝫ: & quod appellant bosphorum mul tacꝫ alia ad cibũ vtilia. Plures insuper fructus animantiũ nutri= menta quę longum esset recensere. Ob hanc causam affirmãt nũ quam indiam famæ: aut rerum inopia prẹmi. Nam cum bis an nis singulis segetes ferat: hunc quidem hyeme quo tempore alii risum ferunt percipiunt: alterum ęstate cum oriza Sisamus

Elephãtes.

Indię bona.

Inopia idi non vexanť.

bosphorus milium: seruntur. Quo accidit: vt precipua sit apud indos vbertas: cum & sua sponte nascantur fructus: & palustes dulcedine precipua radices magnam copiamvicti hominum p̄ beant. Omnis enim fere campestris regio dulcem tum a fluminibus humorem suscipit: tū a pluuia: quę certo anni tempore fieri ętate consueuit. Sunt radices quoq; palustres æstu decoctę: sed magnarū precipuę arundinum dulces. Confert etiam ad indo tū fertilitatē cōsuetudo: quę in bellis seruatur. Nam apud cęteras gentes hostes bellorū tempore regiones spoliant: vastantq; neq; agros coli sinunt apud indos vero belli tēpestate in campis opus rusticum exercent absq; cura agricolę procul ab omni discrimine belli. Hostes in preliis mutua cęde crassantur. Agricolis nulla in re nocent: sed intactos reliquunt tanq̄ communis vtilitatis ministros. Neq; vero hostium agros vrunt: neq; cædunt arbores. Habent insuper indi plura flumina ingentiaq; nauigiis apta: quę ex fontibus montiū ad septentrionem vergentium in campestria decurrunt. Horum permulti in vnum coeūtes in gangē defluūt. Eius latitudo stadiorum est triginta. Fertur ab septentrione ad meridiem: inq; mare oceanū ingreditur Delapsus versus orientem per gangaricos: apud quos permulti sunt maximiq; elephantes. Quo accidit: vt nullus vnquam eis rex aduena imperarit ꝓpinquis gentibus numerū vimq; bellua rum veritis. Alexander macedo totius asię imperium adeptus solos gangaros non oppugnauit. Nam cū ad gangē cū exercitu ꝓueniſſet cęteris sibi subditis indis: vt nouit gangaros quattuor milibus elephātis ad bellum paratos: nequaquā eos armis lacessiuit. Indus eodēmō quo ganges ab arcto incipiens inq; oceanū fluēs indiā diuidit: lapsusq; p loca patiētia augēt plurib⁹ egregiis fluuiis q in eū decurrūt: quorū p̄cipui Hypanes Hydaspesq;: & Aresinus dicunt. Sunt p̄ter hos haud vulgaria flumina in diā inter labētia q̄ regiones eas hortis variisq; fructibus vberez reddūt. Cur in india plura maximaq; sint flumina causas philosophi phisiciq; afferunt indiam situ esse humidā. Scythas vero bactrianos arianosq; vicinas gentes elatiores. Merito igitur humiditatē ex superioribus loci ad infima fluētē plures & aquo flores fluuios reddidere: Sed quod accidit inter cęteros fluuios quem dicunt Syllā est dictu mirabile. Defluēs enim a mōte eiusdem nominis abrupto. neq; alterius fluuii decursu auctus absorbetur ab hiatu terrę indiam omnē cum supra modū āplitudine

Indorū Agricultura.

Gāges. gāgari.

Indi ab alexandro victi p̄ter gangaros.

Hypanes. Hydaspes. Aresin

Silla fluuius

Naturę bona.

Dionysius in indiam

excedat multę varięq; incolũt gentes: quarũ nullam originem extra indiam trahit: sed omnes indigetes appellantur. Nunquã externa colonia illuc adiit: neq; ipsi ad alias gentes miſere. Aſſerunt priſcos inde homines his cibis quos terra ſua ſpõte ꝓduceret pellibusq; animaliũ quemadmodũ & græcos ꝓ veſtibus vſos arteſq; & cętera ad vitã neceſſaria paulatim adinuenta vtilitate hoies docẽte: qbus natura manus loq̃lã & animi p̃ſtãtiã adiumẽta vitę dediſſet. Tradũt q̃ prudentiores apud indos fuere: priſcis tẽporibus cũ adhuc hoies diſpſi p vicos habitarẽt: veniſſe adindos cũ exercitus ex occidẽtali plaga dionyſiũ omnẽq; peragraſſe indiã nullus adhuc p̃clariſ conſtitutis vribus: q̃ ei obſiſterẽt. Cũ vero ob ingẽtes ęſtus exercitus eius peſte interiret vt dux prudẽs in mõtes ex locis planis milites traduxit. Vbi cũ venti frigidi efflarẽt & aquę potu vterent quę pura ex fontibus manabat a morbo ſunt liberati. Locũ montanum: in quo exercitus a peſte euaſit femur appellauit. Vnde & græcos tradidiſſet de eo deo poſteris ferunt in iouis femore dionyſiũ eſſe nutritũ Cum multos fructus indos plantare docuiſſet: & vini quoq; aliorũq; ad vitam vtilium vſum dedit: plures inſuper condidit egregias vrbes cogens ex vtilis in ciuitatem migrare. Deorum quoq; cultum tradidit. leges ac iudicia conſtituit. Tandẽ ꝓpter impẽſa beneficia rerũq; varias inuentiones deus exiſtimatus eſt & immortalium honore potius. Scribunt etiã mulierũ multitudinem in exercitu

Dionyſſan⁹ ex mulieribꝰ eſt exercitus cõſtitutus.

circunduxiſſe vſumq; eẽ in acie tympanis cymbaliſq; nondum tuba reperta. Cum indiis imperaſſet annos duos & quinquaginta ſenex defunctus eſt: cui ſucceſſerunt regno filii: ſed paulatim labente ſuceſſorum culpa principatu cum longo tempore poſt regnũ oino defeciſſe: ciuitates libertatẽ aſſeruere. Hęc de Dionyſio deq; progenitoribus eius ab his qui indię montana incolunt tradunt. Herculẽ pręterea volunt ad indos acceſſiſſe: ſicut

Herculis virtus.

& græci clauſa pelleq; leonis ornatum qui corporis robore virtuteq; multo cęteros homines exceſſerit: terre inſuper ac maris monſtra perdomuerit. Cum multas cœpiſſet vxores filios plures natam vnicam genuit: filiis cum ętatem pueniſſent: omnem diſtribuit indiã regnis ꝓ numero filiorum conſtitutis. Filiã ab ſe nutritam reginã fecit. Multas p̃terea ciuitates ab eo conditas ſcribũt maximam clariſſimamq; appellauit Palicotrã. In qua ſumptuoſa ędificata regia multos in eam introduxit incolas ſepulchris etiã luminibuſq; reddidit vrbẽ munitiorẽ. Et ipſe quidem

Palicotra vrbs

hercules cũ e vita migrasset: imortaliũ honorem consecutus est Posteri eius per multa regnantes sęcula nil dignum memoria gessere: neq; exercitu aliquo extra indiam ducto: neq; colũnia ad alias nationes missa. Multis post annis plurimę ciuitates in libertatem se vendicarunt. Nationes quędã regnũ vsq; ad Alexandria aduertum passę sunt. Cum leges apud indos varię habeantur admiratione tamen digne quę fuerunt a prisciseorum philosophis editę. Lege enim sanxerunt neminem oino seruum eẽ: liberos ęquo iure honoreq; haberi omnes qui assuescerent neq; ꝑstare cęteris neq; iniuria quẽq; afficere: optime ad omnes fortunę casus instituisse vitam. Stultum sane videri leges ęquas oñibus positas fortuna non ęquę oibus cões eẽ: Indorum populus in tribus septem est distributus. Prima est philosophorum qui cęteris numero pauciores supereminent dignitate. Hi ab omni opere immunes: neq; seruiunt cuiquã: neq; imperant. recipiuntq; a priuatis & ea quibus sacra diis faciant & curã habeant defunctorũ tanquã chari diis & quę fiãt apud inferos pręcipue norint: ꝓpterea dona plurima honoresq; eis impendũtur. Multũ vero ꝓsunt indorũ vitę. Nã anni principio vna cõuenientes. Siccitates: pluuias: ventos morbos ꝑdicunt: cęteraq; quorũ cognitio possit vtilis eẽ. Futura enim audientes tũ populus tũ rex & futura declinant mala & bonis futuris imminent. Qui phũs falsa ꝑdixerit nullam ꝑterq; quod perpetuo silet pœnã subiit Secũda tribus ẽ agricolarũ: q multitudine supantes cęteros a bello reliquoq; opere liberi solis agris colẽdis tẽpus ipartiũt. Nullus hostis eos lacessit: neq; spoliat: sed existimãs illos i cõmuni vtilitate versari ab oi iniuria abstinet. Ita soluti metu agricolę terrã q; libere colãtes rerũ afferũt vbertatem. Viuũt aũt in cãpis cũ vxore ac liberis neq; in vrbes cõmeant. Dãt regi (ois em̃ india subdita est regibus) tributũ. Nulli priuato licet agros possidere: ꝑter tributũ: & quãtũ quoq; fructuũ ptẽ regibus impendũt. Tertiam tribũ cõficiunt omnis generis pastores: qui neq; in ciuitatibus neq; in vtilis morant. Vtuntur tabernaculis venatu ac retibus tutas a feris auibusq; regiones reddũt. Hoc exercitio indiam domesticã ꝑstant. Multis variisq; tum bestiis tum auibus fementi agricolarum infestis copiosam Quartum locum artifices tenent quorum pars armis pars rusticis instrumentis: alii aliis vtilibus rebus fabricandis vacant. Hi non solum immunes a tributo sunt. sed frumentum insuper a regia percipiunt. Quinto ordine

Indorũ leges

Indorũ tribus.

Indorũ philoso phi.

milites: sed numero secundi belli disciplina exercentur Omnis ea multitudo armis dedita tum equi elephantiq; bello apti ex re gia victū habēt. Sextus est ordo ephorū Hi q̄cūq; in india agunt inspiciētes regi referūt. Vbi rex defit principibus: Septimo loco existūt q̄publicis cōsiliis p̄sunt nūero pauciſſimi nobilitate prudētiaq; maxie ilignes. Ex his eñ ad regū cōsilia tū ad ēp. curā dā tū ad res dubias iudicādas asciūtur. Duces insup ex his deligunt ac pricipes. Has in ptes politia in die distributa haud quaq̄ licet vnius ordinis virū alterius vxorē ducere. neq; exercitiūmutare. Neq; eñ fas est militē agruz colere: aut philosophari artificem. Habet india plurimos maximosq; elephantos fortitudine ac magnitudine p̄stantes. Coit hoc animal non sicut quidā putant promiscue: sed velut equi ad reliqua quadrupedia. Decimo ac sexto adminus mēse vt plurimum pariunt: quandoq; octauo & decimo. Vnicū veluti equi parturiunt. quem nutriunt mares annis sex. Viuūt maiori ex parte ętate l̄ōgeui hoīs. Qui vero maxime senescunt annis ducentis sunt & apud indos statuti pricipes: qui iniurias ab aduenis ꝓhibeant. Si q̄ eorū infirmantur conductis medicis curāt. defunctosq; sepeliūt eorū pecunia proximioribus tradita. Iudices causas cognoscūt. Sontes diligēter puniunt Et de indis hactenus. Nunc de scytis qui sunt indę contermini dicendum. Hi olim a primordio paruam patriam possidebant. Postmodum paulatim per virtutem & vires aucti cum regiones multas sibi subdidissent in magnum imperiū gloriamq; puenere Ea primum natio iuxta araxim flumē patua numero ꝓpterq; ignobilitatem contempta consedit Nacti regem quendam bellicosum & militari virtute p̄cipuum agros ampliarunt. Montanos quidem vsq; ad caucasum: campestres vero vsq; ad oceanum & meotida plaudem aliaq; loca ad Tanaim vsq; flumen. Fabulantur scyt̄ę natam apud eos ex terra virginem vmbilico tenus hominis forma reliqua viperę. Eam genuisse puerum: cuius nomen fuerit scytha Hunc cum omnium qui ante eum fuerāt clariſſimus euasisset: indidisse populis scytharum nomen. Inter huius regis pastores extitisse fratres duos sūma virtute. Et vnum Plutonē alterū Napim appellatos qui magnis rebus gestis regno inter se diuiso alteros populos Plutones alteros Napas vocitarunt. Horum magno post tēpore regū progenies virtute & belli artibus insignis regiones vltra tanaim vsq; ad thraciam subiecit. Versi deinde ad alterā partem armis ad

Elephātorum natura.

Scythę

Araxes

Virgo ex terra Scytha puer Pluto. Napis.

Nilum ęgypti puenere redactiſq; in poteſtatẽ q̃ intermedię erãt gẽtibus vſq; ad oriẽtis oceanũ & caſpiũ mare paludẽq; meotidẽ imperiũ ꝓtẽderũt. Aucta viribus ea gens reges habuit memoria dignos a qbus quidam ſacę hi maſſegete qdã Ariſmape alio nomine appellati. Sub his regibus ex ꝓuinciis ab ſe bello ſubactis colonię deducte ſunt ſed duę maxime altera ex aſſyriis inter paphlagoniã ac pontum poſita Ex medis altera pone: tanaim flumen cuius populũ Sauromates appellarunt. Hi multis poſt annis imperio late diffuſo magna ex parte vaſtata ſcythia eã penitus deſertã cultoribus reddidere. Deinceps deficiẽte ſcytharũ pricipatu regnaſſe fęmias dicũt fortitudie corporũ p̃claras. In his eĩ gentibus exercent̃ ad bellũ fœminę viris nihilo virtute iferiores. Aquarum multis virtute egregiis magne res non tantũ i ſcythia ſunt: ſed in propinquis locis geſtę. Cyrũ quidem p̃ſarum regẽ cũ ingenti exercitu ſcythiã ingreſſum ſcytharũ regina prelio ſuperatũ captũq; cruci affixit. Adeo aũt amazonũ vires claruerevt nõ ſolum multas vicinas gẽtes ſed magnã europę aſięq; partẽ ſubegerint: de quibus poſteaq̃ ſcribere cœpimus haud abſurdũ erit: quę de illis magis fabuloſę: q̃ vere ſcribuntur referre penes thermodunta fluuium primũ gẽs amazonũ fuit q̃ viris ſimiles belicis artibus viribuſq; corporis p̃ſtabant. Earũ regina exercitu mulierũ coacto exercuiſſe traditur eas militari diſciplina: ac nonnullas ex vicinis gentibus expugnaſſe. Eius deinde gloria & viribus ampliatis ꝓpinquiſq; ſubactis gẽtibus filiam genuit: quã martis filiam appellauit. Homines ad texturam muliebriaq; deputauit exercitia. Lege aũt ſtatuit: vt ſolę fœminę in re militari erudirentur. Viris inter dicta eſſent arma: ſeruiliaq; officia ꝓmiſſa Maribus q̃ ex eis naſcebantur crura ac brachia debilitabãt: quo bello inutiles fierent fœminabus dexteram inurebant mammã ne pugnę impedimento eſſet: ex quo & amazonum eis eſt inditũ nomẽ Regina & prudẽtia & rei militaris opinione p̃ſtãs vrbẽ p̃clarã i oſtiis thermodõtis quã appellauit Themiſtram iq; ea regiam inſignem condidit. Cũ in bellis militarẽ diſciplinã ſummo ordine ſeruaret: primum propinquas omnis gentes vſq; ad tanaim flumen ſuo imperio addidit. In quadam deinceps pugna cum viriliter dimicans interiiſſet: filia in regno ſuccedens perq; omnia matris virtutem imitata geſta eius ſuperauit. Nam virgines a primis annis venationibus exercitans quottidie ad belli munia inſtruxit. Marti quoq; & Dianę ſacrificia inſtituit: quę

Sacę. maſſagetę.

ariſmape.

ãtomatę

Cyrus. Amazones

Themyſtra vrbs

Tauro bolium.

Taurobolliũ appellauit: Sacra facere edocuit vltra tanaiz exercitu traducto oẽs eius oꝛę gẽtes ad thraciã vſq; deuicit. In regnum deiñ cum multis ſpoliis reuerſa magnifica eis deis tẽpla conſtruxit oim ſubditorũ beniuolentiã iuſto ęquoq; imperio adepta. Tũ ad alterã fluminis partẽ verſis armis aſiꝛ ptẽ vſq; ad ſyriã bello ſubegit. Poſt huius obitũ propinquior genere in regno ſuccedebat iuſte imperãs ita: vt amazones magno imperio & gloria potirentur. Multis poſt ſeculis vulgata earum per omnẽ orbẽ virtute Herculi Semeles ac Iouis filio ab Euriſteo mandatum fuiſſe tradunt: vt hypolitę amazonis baltheum ad ſe ferret. Qua ex re illato amazonibus bello acieq; profligato eorũ exercitu victã hypolitã cum baltheo cœpit quo pręlio amazonum eſt regnũ deletum. Barbaras deinde proximas gentes contẽpto amazonuz nomine p̃teritarũ iniuriarũ memores adeo gentẽ earum continuo bello cõtriuiſſe aiunt: vt ipſarum ſit nomẽ & genus extinctum. Paulopoſt hanc herculis expeditionẽ in troiã belli tpe Pãtaſileã reginã martis filiã tradunt ſuarum cęde pręteritã cũq; amazonũ reliquis ex prima profugam troianis auxilio affuiſſe: ac poſt hectoris obitum multis p̃claris belli facinoribus editis ab achillei terfectã. Hãc poſtremã amazonum pręcipua virtute extitiſſe relí quia ſq; deiceps eius gẽtis paulati defeciſſe ferũt. Ea cã eſt: cur apud paſtores cum robur earum virtuſq; refertur fabularum antiquarum loco accipiãtur. Nobis poſtea q̃ res aſiꝛ: q̃ ad arctũ vergunt dignas duximus quę poſteritati mãdarẽtur: haud abſurdũ viſum eſt q̃ de hyperboreis traduntur conſcribere. Eorũ qui vetere res ſimileſq; fabulis hiſtorias ſcribunt. Ecateus quidãq; alii opinorẽ pone arctos tradũt: habitariq; ab his qui hyperborei eoq; venta boree ſint admodum ſubditi appellantur. Inſulam vero fertilẽ ac fructuoſam: & in qua fructus annui bis naſcantur. Fabulantur latonam in ea nataz: vnde & apollo ibi pręceteris diis maxime colitur. Eſſe quoq; eius inſulę homines veluti quoſdaz apollinis ſacerdotes: cuius laudes & hymnos quottidie in cantu celebrent. ſummeq; eum honorant deum. Pręterea lucum ingentem templumq; appollinis forma rotunda egregium multiſq; donis atq; ornamẽtis cumulatum. Vrbis ei ſacra eſt: cuius icolas maiori ex parte aiunt eſſe cytharíſtas: continueq; in templo ſonare canentes hymnos in apollinis laudem: cantuq; eius geſta exornantes. Hũt hyperborei propriam linguam gręcis: ſed

Hypolite amazõ q̃ ex theſeo hypolitum genuit

Pãtaſileaq̃ prohectoris mortevidicãda præclara geſſit faciora.

Hyperborei.

Latona Apollo.

Atheniẽſibus maxíme delíiſq; ſocíetate ac beníuolentia iuncti ſunt: a priſcis tẽporibus cœpta. Etei grẽcos quoſdã dñt cum ad hyperboreos tranſiſſent: dona ſumptuoſa ín templo appoſuiſſe grẽcis lr̃is inſcripta. Eodem pacto ex hyperboreis: olim Abarím veniſſe in grẽciã amícitiamq; cũ delíis antea contractã firmaſſe. Ferunt inſup lunã hac inſula videri parũ a terra diſtãtẽ ac terreſtres quoſdam veluti cumulos hñtem in ſe manifeſtos. Dícunt quoq; eũ deũ p annos vndeviginti adire inſulam: in q̃bus aſtrorum reuolutiões p̃ficiant. Ob eã reʒ hmõi annorũ tempus a grẽcis metonus ãnus nominat. Interea cytara ſonare: p̃ſallereq; noctu cõtinuo ab eqnoctio vſq; vernali ad pliadum ortuʒ deus exiſtimatur voluptati deditus. Regno ciuitati imperant huic: tẽploq; p̃reſunt ii quos appellant boreadas progeniesboreẽ: quẽ p̃ genus recipit principatum. Nunc ad reliquas aſſẽ partes eas p̃reſertim in quibus continetur arabia tranſeundum. Ea inter ſyriã ẽgyptumq; ſita multis variiſq; diſtinguitur gentibus. Nam quæ vergunt ad orientem partes arabes incolunt: quos nominãt abaros habitantes patriam tum deſertam tum inaquoſam tum i paucis ferentẽ fructus. Id eoq; latrocinĩis vicinis gẽtibus infeſti ſunt atq; inuícti bello. Qui regionem aquis carentem tenent: puteos effodiunt exteris ignotos: quẽ res hoſtium pericula depellit. Nã qui eos perſequuntur aut errantes citi deficiunt fontium inſcitia aut vix redeunt labore defatigati. Ob hanc cauſam arabes ea loca incolentes cum bello expugnari nequeant liberi viuunt: neq; vlli vnq̃ externo regi: non aſſirio medo non perſo paruerunt ipſi macedonum reges nunquam eos ſubigere quantumuis magnis copiis valuere. Eſt in regione abateorum ſaxum natura admodum munitum vnico anguſtoq; aſcenſu eũtibus patens paucis cuſtodibus egens. Stagnum quoq; ingens: vt quod longitudine quinquaginta latitudine ſexaginta ferme ſtadia complectatur. Aſphaltum producens ex quo non paruum vectigal p̃cipit. Eius aqua odoris eſt peſſimi atq; amari. Quo fit vt neq; piſces producat neq; aliquod aquatile animal. Et cũ plures dulcis aquẽ fluuíi in illud decurrant nequaq̃ tñ aquẽ natura immutat. Aſphaltũ ſtagni medietas plurimũ ãnuatim gignit q̃q; ad tria iugera q̃q; ad duo. Vnde & circunſtantes barbari maiorem partem taurũ minorẽ vitulũ appellãt. Plenus aſphalto lacus p̃cul aſpicientibus inſula apparet. Cũ aſphalto lacus eſt egeſturus palã ante vigeſimũ & ſecundũ diem apparent ſigna. Et enim circa

Meto nº ãnus

Arabes ĩ libertate degẽtes.

aduerte q̃ in arabia producunt

ſtagnũ ſtadiis pluribus fetor a venio excitatus ꝓprium argento auroq; & ęri colorem aufert vento iterum reflante reſtituitur Propinqua loca ex calore fetoreq; lacus corrupta & morbos, afferũt incolis & breuioris vitę reddunt. Fertilis eſt ea palmis regio quę fluminibus aut aquis fontium rigatur. Naſcitur & in quadam eius conualle ad multa medicis vtile balſamum maximum vectigal: cum nulla orbis pars alia eam plantam producat. Ab hac deſerta aridaq; prima vicina arabia adeo differt: vt multitudine fructuum cęterarumq; rerum quę in ea naſcuntur fœlix nominetur. Calamo. n. & eo quem appellant ſchinum rebuſq; aliis quæ aromata, dñt: plurimum abundat. Foliis prętęrea odoris ſuauiſſimi: & quod ex arboribus ſtillat gũmi mirrham etiam & diis gratiſſimum perq; vniuerſum orbem diffuſum thus extrema arabię ferunt. Coſtum inſuper Caſiam Cinamomum & alia eiuſmodi plura. Herbę vero & arbuſta odorifera adeo abunde. vt quę cęteri raro ſuper deorum altaribus ponant: illi pro lignis ī furnis cõburant. Hiſq; q̃ apud alios habentur rara arabes ſeruorum domi lectos ſternant. Cinamomum vtilitate excellens ad hoc reſina miriq; odoris therebintus apud arabes naſcuntur. Montes non ſolum abietes ac populos ꝓferunt: ſed cedros & quẽ vocant baraton: plurimas vero alias nutrit plantas ſuauem odorem tranſeuntibus inſpirantes. Natura id ſoli accidit vt dulces in eo odores orta ferant. Nam quibuſdã in locis effoſſa terra aliquę reperiuntur ſuaue olentes glebę: q̃ veluti metalla fuſę lapides ingentes fiunt ędificandie domibus apti. In eos cum gutę aquæ pluuię cadunt ita liquefiunt ex humiditate iunctureę lapidũ: cõmiſcenturq; inuicem: vt vnicus murus appareat. Effoditur in arabia aurum: quod non igni decoquitur vt apud alios cõſueuit ſed eueſtigio effoſſum nucibus id caſtaneis ſimile reperitur: colore eſt ita lucido vt p̃cioſos lapides ab artificibus auro icluſos ſplẽdidiores reddat. Pecorũ adeo fertilis arabia eſt: vt nationes plurimas vitã paſtorũ ducentes enutriat. Frumento non eget multarum rerum vbertate opulenta. Pars ſyrię contermina multas variaſq; nutrit feras. Nam & leones & pardali multo plures maioreſq; in ea q̃ in libya repiuntur. Pręter hos qui babylonii vocant tigres. Ferr & animalia naturę duplicis mixta ſpecie quorum aliquos appellant ſtrutiocamelos: qui ex ſtrutione cameliſq; conſtãt vñ & nomen trahũt magnitudine ad cameli naſcẽtis modũ. Capite ſũt pilis minutis: oculis groſſioribus nigriſq; nõ diſſimili

Aurum.

Leones pardali Tygres. Strutio camelus

forma &colore camelis collo oblongo roſtro breui atq; acuto ela tio mollibus pennis duobus cruribus pedibusvngula fiſſa vt ter reſtrę ſimul volatileq; animal videatur: ꝓpter grauitatē neq; al tius extolli neq; volare poteſt. Sed velociter terra graditur Per ſecunt illū eqtes quos ſępius lapide pedibus veluti fūda iacto fe rit. Cum effugere nequit inter arbuſta ſepius aut vmbroſa loca caput abſcōdit nō naturę deſidia nevideatur aut conſpiciat ab aliis vt quidā putāt: ſed qa ea corporis pars cęteris debilior vm brā ſibi ꝓ tutela parat. Natura.n. optima ſigulis animātibus ad ſui ſalutē magiſtra nō ſuę tantū ſed eorū quoq; quos ꝓcreat cu rā ſalutis gerit. Qui Camelo ꝑdi vocant ab his ambob⁹ a qbus ſortiūtur nomē naſcūtur: ſed camelis exiſtūt minores: & breuio ri collo: capite oculis colore pilis ꝑdi ſimiles. Vngulę fiſſura ca- melo Caudā hñt longam in modum pardi. Naſcuntur etiaz in arabia tragelaphi ac bubali. pluraq; alia varię formę mixtęq; naturę animantia: q̄ breuitatis gratia omiſimus. Videtur autez ſol regioni ad meridiem poſitę plurimam gignendi virtutem afferre ꝓptereaq; plurima eis in locis varia ac pulchra anima- tia natura fieri. Eadem cauſa & in ęgypto crocodylli &fluuiati les equi In ęthiopia vero ac lybię deſertis elephantes multi: va rii ſerpentes: dracones: cęteręq; ferę magnitudine ac viribus ex imię naſcuntur. In idia quoq; elephantes male viribus multitu- dine reliquis ſunt antecellentes. Non ſolum autem his in regio nibus animalia ſpecie diuerſa ſolis opere virtuteq; fiunt: ſed la pides quoq; naturę varię tum colore tū ſplendore admodū luci do Criſtal⁹.n. lapis ex aqua oritur pura cōgelata nō qdē a frigo re: ſed diuini caloris vi: q̄ duriciem ſeruet varioſq; ſucipiat co- lores. Smaragdi.n. berilliq; inter metalla ęra naſcentes a ſuperis formā coloremq; capiunt. Lapidibus etiā aureis ſolis ęſtus eum colorem indidit. Quapropter & adulterios quoq; arte hoim co- lore criſtallos addito fieri tradunt. Carbūculorū inſup varias ſpe cies ſolis virtus efficit. Eodē mō diuerſarū auiū formis color eſt additus: vt inuicē differētes q̄dā oino porphireę alię ſplendido nonnulle croceo: alię ſmaragdi colore exiſtant: q̄ oia lumine ſo lis effici videmus. Hoc & in iride conſpicere cœleſti licet: quia va rios colores a ſole accipit. Horū varietatē naturales ſupioribus tribuunt calore ſolis cooperante qui viuificet oim rerū formas Deniq; florū terręq; colorū ac varietatis cuius naturale opus ars poſtea hominum natura ducente imitata varios ſingulis rebus

Camelo pardi.

Tragelaphi

Aialiū varietates.

Criſtallo

Smaragdi.

Berilli

Carbunculi.

Solisvis

teriere. Optimus tñ quisq; vulneratus est: Iason Iaertes athlante
ac Thespiades. Quos diebus paucis medea radicibus herbisq; cu
rauit. Deiceps cū recuperata valitudine nauigasset iā mediū pōti
cū mare tenētes ingēs tēpestas magno cū piculo adorta ē. Tum

Thauri igniferi Dracho custos

Phrixi naues

Sybaris

Velleris aurei ea reptio

Aete mors

Glauc⁹. deus

ab Orpheo quẽadmodũ antea voto Samothracibus facto quie= uerunt venti: appuit quoq; iuxta nauẽ maritimus glaucus: qui duabus noctib⁹ totidẽq; diebus cõtinuo nauẽ comitatus & futu ra herculi certamina & imortalitatẽ p̃dixit: tidaridis vero ꝙ dio scuri vocatẽtur: deorũq; honores ab hominibus essent consecu= turi. Deniq; cum omnes argonautas nomine appellasset: dixisset q; votis orphei ab diis se missum: qui eis futura prediceret: con= sulere se illis ait: cũ primũ ipatriã venissent: vota diis persolue= rent ꝓ salute iam bis ab illis suscepta. Argonautę cũ ad hostiũ põ

bizãnus rex bizã tium.

ti peruenissent: ad orã appulere: cui tũc iperabat byrãtus: a quo vrbs byrantium est appellata: ibi erecta ara cum diis vota persol

herculeꝰ ad troiã

uissent: locum consecrarũt: quem etia nunc nauigantes colunt deinde mare ingressi per propontidem hellespontumq; ad troiã delati sunt. Hic hercules fratre iphiclo ac Thelamone ad ciuitatẽ

laome= don.

missis equos hesionemq; iuxta promissa postulatum tradũt lao medontem oratores captos trusisse in carcerem: reliquos argo= uautas per insidias occidere voluisse: cuius rei omnes p̃ter pria= mum filios adiutores se prębuere. Hic solus contradixit: asserens seruandam esse hospitibus promissorum fidem: atq; equos suo remq; esse tradendos. A qua sententia cum auersi essent: ferũt pria mus duos in carcerem ad Telamonem enses clam detulisse: nar ratacq; patris voluntate extitisse eis causa salutis. Nam illi custodi bus interfectis ad mare fugientes exposito singulatim sociis lao medontis cõsilio vna cum eis regi qui cũ militibus ex vrbe si ad= uersus ꝓdierat occurrerunt: acri certamine commisso cum argo= nautę virtute superiores essent: ferunt herculẽ p̃ cęteris fortiter pu

priamus

gnantem & occidisse laomedõtẽ & primo impetu vrbe capta ire gis insidiarum conscios animaduertisse. Deinde priamo vt viro iusto amicoq; regno tradito cum reliquis argonautis discessisse Nonnulli ex antiquis tradunt poetis ab hercule non cum argo= nautis sed solo cum nauibus sex equorum gratia profecto troiaꝫ deletã. Quod & homerus videtur in suis carminibus sentire: scri= bens herculẽ equorũ laomedontis gratia sex propriis nauibus & viris paucis ciuitatem ab se expugnatam cœpisse. Argonautas a troia tradũt in samothraciam delatos redditis magnis diis votiq iterũ in tẽplo posuisse phialas: quę hucusq; seruantur. Eorũ redi tu adhuc apud thessalos ignoto diuulgatam aiunt esse famam omnes qui cum Iasone in pontum nauigarant occidione occi= sos esse. Itaq; pelia tẽpus esse ratus cęteros quorum erat priuare

regno primo Iasonis patrem sanguinem tauri bibere compulit Fratrem promachum adhuc puerum occidit. Amphinomes mater morti destinata virili animo rem ausa memoratu digna Cuz ad interiora regię cõfugisset orans deos: vt tãte ipietati merita pmia darẽt: ense pectus trãsfixit. Hoc pelias pacto oi Iasonis progenie sublata cito suorũ scelerũ pœnas luit. Nam cũ Iasõ in thessaliã ad ormũ haud lõge ab colcho locũ vrbẽ egredientibus occultũ noctu appulisset. impiã suorũ cognouit cędẽ argonautis suã operã ad tãtũ scelus vlciscendũ pollicẽtibus oiaqz subire paratis discrimina haud parua inter eos dubitatio incidit: subito ne vi vrbem irruendum esset deqz improuiso rex armis appensus an arcessendi a suis milites: cõmuniqz bello res esset agenda Haud enim possibile fore ab tris & quinquaginta viris superari regem posse: cui plurimę auxilia vrbes ferrunt. Cum hęc agitarentur fertur medea pollicita esse suis sẽ pelian necaturam dolis: regiamqz se illis sine periculo traditurum. His verbis admirati omnes cum modum sui consilii quererent respõdisse medeam dicunt secum attulisse plura mirandęqz virtutis venena: tum a matre hecatę: tum a circe sorore: quibus nunq̃ antea ad hominum perniciem vti voluisset reperta. Nunc vero eorum causa facile se id scelus pelię (si velint) vlturam & simul quę actura esset singulatim cum prędixisset: a regia insuper maritimę spelũcę custodibus signum perfectę eri se daturam asseruit fumũ die: noctu ignem: igitur parata caua dianę imaginę varia venenorum genera in ea abscondit. Deinde capillos suos quibusdam medicamentis canos reddens ita faciem corpusqz rugosum effecit vt aspicientibus quędam senior anus videretur. Sumpta deide quã (stupendo quodam apud vulgus modo) condiderat dianę statua in vrbem profecta omnes ad superstitionem commouit. Cumveluti fantastica videretur singulis per vicos ad spectandũ concurrentibus hortabatur vt pie deum susciperent colorentqz Accessisse enim eam ab hyperboreis & regis & ciuitatis bono cum singuli deum sacris venerarentur vniuersus tanquã debachatus populus medeã in regiam deduxit. Hęc res & pelię superstitionem iniecit & filię in eum stuporem medeę pstigiis deducti sunt vt persuaderentur psentem deam fœlicitatem regię pbituram. Asserebat enim dianam a draconibus per aerem delatam magnam orbis partem circuisse. Vt autẽ perpetuo coleretur elegisse omniũ regũ piissimum. Mandasse insuper sibi deã:

Pma chus. Amphinomes.

Medeę ad peliã aduẽtus

vt senectam pelię quibusdam pharmacis ablatam in adolescenti
am verteret multorumq; annorum vitam beatam diiscq; acce-
ptam pręberet Atq; verba cum rex veluti miranda obstupesce-
ret iussit Medęam in seipsa vt fides ei haberetur: quod dixerat
experiri: illa petens vt pura vna ex filiabus afferretur aqua: cuz
se ex thalamo inclusisset vnxissetq; corpus herbarum viribus in
priorem ętatem restituta est Quę res & regem & omnes quid id
aspexerant ad stuporem perduxis Videbatur enim non nisi deo
rum quadam prouidentia senectutem in virginis ętatem pul-
cherrimeq; fuisse conuersam Feciss quoq; asserunt eam qui-
busdam incãtationibus vt draconum species dea paerẽ ab hyp
boreis vecta apud peliã diuertere videretur. Hęc cum pręter na
turam putarent humanã cũq; pelias plurimi. Medeã faceret exi
stimaretq; illam vera loqui aiunt omnibus singulatim filiabus
mãdasse: vt volũtati imperioq; medeę parerent. Non eñ dicere
regis corpus seruorũ manibus tractari: sed filiarũ obsequio deo
rum beneficio potiri. Diligenter igit filias obsequi medeę impe
rauit: quicquid circa sui corporis curã mãdaret. Sequente nocte
Aries in agnũ cũ pelias dormitũ esset aiunt dixisse Medeam necesse esse vt pe-
lię corpus in vase ęneo coqueret. Quod cum acturę essent virgi
nes vna experimẽto aliquod fidẽ verbis suis fieri postulauit. Ari
es aderat multis annis domi nutritus quẽ virginibus pollicita
est si illum prius decoxissent: in agnũ se postea restituraã. Cum
virgines ãnuissẽt ferũt medeã arietis decoxisse corpus in frustra
diuisũ ac venenis quibusdã ex lebete agni speciẽ eduxisse. Quo
Alcestes pietas. facto fides medeę habita adolescentes omnes pręter. Alcestem
quę impietatem facti abnuit ad interficiendum peliam induxit
Tum medeam dicunt: ne pelię corpus aut inciderent aur coque
rent edixisse. Simulans vero prius votum lunę esse faciendum
virginis supra culmen regię cum lampadibus ascendere secum
iussit: ibi colchorum lingua longa ad terendum tempus oratio-
ne habita signum dedit argonautis rei conficiendę tempus ad
esse illi igne e speculo conspecto existimantes regem defuncti
cursu vrbem petentes mœniaq; ingressi strictis ensibus ad re-
giam profecti sunt vigilibus qui obstiterant interfectis. Vir-
gines quæ antea ad decoquendum patrem e tecto descende-
rant Iasone cęteriq; argonautis in regia pręter spem conspe-
ctis sua calamitate admodum afflictabantur. Neq; enim me-
dęę facinus vlcisci poterant neq; erratum suum corrigere.

Itaq; cum sibi mortem consciscere vellent. Iasoni earum misertus a proposito reuocauit solatus: non sponte eas errasse vel malitia sed errore deliquisse. Omnes deinde benigne consanguineas allocutus bono animo esse iussit populo ad contionem vocato culpam gestorum in peliam reiecit. Se enim minori ait q̃ passus eẽt pœna priores iniurias vltũ. Se peliç cuilibet filiorũ paternũ regnũ traditurũ. Filiarũvero p̃ earũ dignitate curã se habiturũ spopõdit. Quod & paulopost effecit egregiis eas despondens viris. Nam alcestem priorem filiam nuptui postmodũ dedit Admeto: Feriti: Thessalo: Amphinomen: Arobremoni Leõtei fratri: Euadnẽvero oeneo cephali tũc phoceorum regis. His actis cum argonautis ad Ischinũ peloponnesi nauigans sacra fecit neptuno cui nauem argo dedicauit. Cum ingens eius fama esset apud corynthiorum regem Creontem ad eum diuertens secum vitç relicquum tempus egit corynthi. Cogitantibus argonautis in patriã abire herculem ferunt hortatum esse ad res magne fortunç obeundas adegitq; xt iureiurando pollicerentur alterum alteri si opus esset auxilio fore. Elegisse autem clarissimum grecię locum ad statuendac ertamina concursusq; hominum celebrandos. Id q; certamen maximo deorum Ioui olympio consecrasse. Cum argonautç omnes in fœdus communis pręsidii iurassent instituendorum cura herculi demandata illum elegisse aiunt ad hominum conuentus eleorum regionem iuxta alphei fiumen. Vnde iuxta eum loca maximo deorum sacrata olympia ab eo appellantur: cum ęquorum certamen paleſtramq; instituisset modo certaminum statuto vrbes propinquas ad deorum spectacula exiuit. Ex gloria famaq; herculis expectatione certaminum olympicorum vulgata gręcorum omnium qui clari essent eo cõcursus fuit plurimis quoq; variis ex vrbibus Herculis amicitiam secutis cuĩ singuli eius virtutem bellicamq; disciplinam admirarentur: ideoq; vltro se comites periculorum obtulissent: qui breui optimum exercitium confecit. Quo omni peragrato orbe ob plurima in homines collata merita immortalitatem meruit: poetę vero fabulis assueti miranda quędam canẽtes herculem solum absq; armis fabulantur decantata orbis monstra perdomuisse. Sed de his antea scripsimus. Nunc ad Iasonem reuertamur. Hunc corynthi tradunt cum annis decem cum Medea vixisset genuisse ex ea filios priores duos didimum' Thessalum:

Creũ corynthiorum rex

Olipia

Filli Iasonis & medeę.

Alcymenum his posteriorem tertium Tissandrum quo tempore aiunt medeam magno in honore non solū propter speciem qua eminebat sed propter prudētiā cęteraſq; quibus ornata erat virtutes a viro habitā esse: paulatim deinde ętate decorē forme auferente: iason Glauce Creontis filię amore captus virginē nuptui a patre petiit. Annuente creonte certūq; nuptiarum statuen

Glauca

te diem Iason medeę nititur spontaneum diuortiū suadere. Ait enim cupere se illam vxorem ducere non in eius contemptum: sed vt filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret Egre verba hęc ferente medea deosq; testes iuramenti prędstiti appellante. Iason susceptī beneficii oblitus creontis filia vxore sumpta medeam vrbe expulit. Illa cum a recessu diez vnū a creō te petisset noctu regiam ingressa certis medicamentis immutata facie domum incendit radice quadam a circe inuenta ea virtute vt incensus ignis nequiret extingui. Repente conflagrante regia Iasonem exiluisse tradunt glaucā creontemq; igne absumptos. Quidam scriptores volunt medeę filios dona quędā sponte attulisse venenis illita: quę cum illa corpori applicuisset: & incidisse in morbum & patrē auxiliū cū filię ferentem corpori illius hesisset e vestigio expirasse. His haud quaq; acquiescens medea in q; Iasonis vltionē intenta adeo ira amor crudelitasq; in ea exarserāt posq; illum flammas euasisse cognouit animum morti filiorum in patris calamitatē adiecit. Omnes vno qui aufugit excepto natos iugulauit: eorumq; corpora sepeliuit i iunonis templo: deinde fidissimis sociis fugę assumptis medea nocte ex corintho fugiens thebas ad herculem venit. Hic eorum quę in colcho promissa erant sponso factus se ei auxilio futurum iuxta data fidem promisit. Iason filiis vxoreq; priuatus cēsentibus omnibus eum iuste plecti cum doloris vim ferre nō posset sibi mortem consciuit. Corinthii casus atrocitate obstupefacti cum de sepulchro puerorum dubitarent ad pythium quid de adolescentum corporibus agendum esset consultum misere. Mandatum a deo est sepeliri eos in iunonis templo atq; heroum honoribus coli: quo facto aiunt Thessalum qui cędem matris effugerat: in corinthum rediisse. Deinde in colchum iasonis patriam reuersum vbi cum reperisset pelie filios: recenter interisse regnum heneri debitum suscipiens subditos ex suo nomine thessalos appellauit. Nec vero ambiguos de thessalorum nomine non idem sentire omnes sed varias ferri opiniones: de quibus postmodum

Iasonis mors.

suo loco differemus. Medea cum thebis herculem in insaniam versum ab eoq; filios occisos reperisset medicamētis illum ab eo morbo liberauit. Deiñ cū euristhei p̄ceptis herculis parēdū esset omni eius auxilii spe amissa athenas ad ęgeum pandionis cōfugit. Ferūt quidā ab ęgeo cognitam filiā genuisse medū qui post modū medię imperauit. Alii ab ippeto creontis accusatā omninoq; absolutam. Deinde cū Theseus ex trizeno athenas transisset de beneficio accusatā fuisse: exq; athenis migrare cōpulsam Verū pollicente ęgeo se eā tuto quo vellet missurū phœniceā elegit. Quo & delata est: inde ad superiores asię partes trāsiens cui dā clarissimo hesit regi. Ex quo filium peperit medū q; post p̄is obitū regno succedēs & rex fuit egregius: & populos ab se denominauit medosi Tragędi postmodū miranda quędaz de medea variaq; ediderunt! Quidam in gratiam athenienſium medeam aiunt susceptū ex ęgeo medum in colchos aduexisse incolumē. Cūq; eo tēpore aeta a fratre perseo vi regno pulsus esset medę opera quę perseum sustulit medum regno prępositū. Auctis deinde regni viribus medum plurimis asię locis: q̄ supra pontū est peragratis subiecisse eam quę ab ipso media sit appellata. Recen sere autem quę de medea scripta sunt singula & longum esset & minime necessarium. Verum quę de argonautis supersunt priori bus adiiciamus. Non enim pauci: tum veteres: tum posterio= res scriptores: inter quos est & Thimeus tradūt argonautas post captum aureum vellus cum aeta nauibus hostia pōti obsedisset. Rem mirificam fuisse aggressos & historia dignam: nauigantes enim per flumen tanaim ad eius fontes iuxta quendam locum naui per terram ad alium fluuium tracta in oceanum versus arctum per eius decursum delatos ferunt. Postmodum terra a sinistris relicta cum ad gades pueniſſent: nostrū mare ingressi in patriā reuerterūt. Horū vestigia ferunt q̄ iuxta oceanum habitā tes inter deos pręcipue pollucē castorē colunt. Traditu; enim est illis a priscis vsq; temporibus hos deos pręsentes in oceano nauigantibus adesse. Esse quoq; iuxta oceanum loca: quę varia tū ab argonautis. tū a dioscuris nomina sumpsissent. Epirus insup: quę est intra gades expressa redditus illorum continet vest gia. Hi iuxta tyrreniū nauigantes ad insulā venere: quā dicunt ethaliam vbi optimū eorum locoru; portum a naui quod nomen ad hęc tempora permansit argoon appellarunt. Similiter iuxta tyrreniam portus octingentis procul ab roma stadiis thelamō est co

Medeę i herculē. bñficiu;

Medus

Resnoti tia di= gna

Castor Pollux

gnominatus: ĩsuper iuxta formias Italię aeta dicta caieta est. Postea in syrtes vento acti: cũ a Tritono libię rege naturam eius pelagi percepissent declinato periculo tripodem ei ęneum dono dedere litteris priscis insculptũ: quod adhuc apud hesperios seruari dicunt. Neq; vero omittendum videtur quod quidã scriptores pro vero tradunt argonautas per hystrum nauigantes atq; ad eius fontes delatos postea ad assinum adriaticum peruenisse. Hos tẽpus redarguit existimãtes hystrum pluribus hostiis in pontum defluentem: eũq; qui in hadriam descendit ab eisdem locis decursus initium sumete. Romanis cum his gentibus bellum q̃ hystruz incolunt gerentibus eius fontes quadraginta stadia a mari procul inuenti sunt. Verum nominis fluuiorum similitudo causam erroris scribentibus dedit. Argonautarum herculisq; gestis e nobis descriptis filii quoq; recensendi sunt: hi post Herculis obitum apud regem Ceycum in trachina consedere.

Ceycus rex

Cum hilus aliiq; fratres quidam iam viri euasissent veritus Euristheus ne cuz omnes ad eam ętatem peruenissent imperio micenarum priuarent cupienscq; omnis eos gręcia pelli. Ceyco nisi & herculidas & licymini filios. Iolaum insuper ac omnes archades qui cũ hercule militassent eiiceret bellum indixit. At ipsi euristheo impares viribus decreuerunt sponte trachinam relinquere. Adeuntes plures ciuitates: quę prędare erant rogitantesq; vt se in vrbem reciperent cęteris timore recusantibus a solis athenienssibus insita humanitate suscepti sunt tricyrintho illis vrbe (quę tetrapolis nominatur) ad habitandum concessa Postea cum herculis filii omnes ętate matura essent prudentia adolescentibus vt ab hercule genitis innata Euristheus eorũ incremẽto in uidẽs magno exercitu aduersus illos profectus est. Herculide athenienssium præsidio fulti iolaum theseum hylumq; duces belli constituentes: acię Euristheum superarent Multi inea pugna Euristheum secuti occubuerunt: ipse curru fugiens ab hylo herculis filio occisus est. Filii quoq; euristhei in ea pugna omnes cecidere Herculide post euristheum insigni prędio deuictum mutuo consilio auxilioq; aduersus peloponnesum duce iolao mouerunt bellum. Athreus post euristhei obitum capto micenarum regno accitisq; togatis ac quibusdam aliis belli sociis herculis filiis occurrit. Apud isthmum cum vtrisq; exercitus conuenissent hylus hostem quicunq; is esset ad certamen ea conditione prouocauit: vt si ipse vicisset euristhei regnum filiis herculis cęderet. Si vero occu

Tricythus.

herculis filii euristhei mors

athreus

buisset heraclides fœdus seruantes in corinthum redirent. Pau
lopost licymnius cũ filiis herculis ac triptolemo apud agros spõ
te illos suscipientes mansit. Reliqui qui in tricorintho sederant Licymẽ
decursis ex pacto annis in peloponnesum transtierunt. Quorũ nius.
tes suo referentur tempore: Alcmena thebas profecta cum eua
nuisset a thebanis deorum honoribus culta est. Cæteri herculi= Alcmẽ
de repetita ab Eginio Dori filio ei credita patris hereditate apd na dea.
doreos concedere. Triptolemum in argis commorantem fe= Herculi
runt licymnio electionis orta contentione occisum. Qua ex ce= de
de ex argis fugiens Rhodum applicuit. Hanc insulam incole
bant tum greci ab Triopato phorthantis filio deducti. Quam
ille communi accolarũ consilio cum in tres partes diuisisset. tres
in ea condidit ciuitates Lindũ Ilisum: Camirũ. Imperauit autẽ
omni insulę ob gloriam nomenq; paternũ: ad demũ cum Aga=
mẽnone ad troianum bellum ꝓfectus: posteaq; de Hercule filiis
q; rettulimus: locus se offert: vt Thesei: qui herculis certaminuz Thesei
imitator fuit gesta narrantur. Natus ex æthra pitthei filia ac nep gesta
tunno in trizena nutritus est penes pitheum maternum auum
ac signa prout ferunt fabulę ab ægeo sub petra posita recogno=
scens athenas venit. Deinde mare ingressus vt herculis virtutes
imitaretur ad ea certamina adiecit animumque laudem & glo Chory=
riam sibi essent allatura: & primũ cũ qui dicebatur chorynetus netus.
hesternorum interfectorem sustulit: hoc vsum cognomine a co=
ryna quod genus armorum est ad vlciscendum accomodatum
Secundum qui in isthmo erat Schinon qui duas flexas pinus at
q; vtriq; alligato hominis brachio sursum dimittens corpus vi
discerptuz maximo cruciatu afficiebat. Tertius fuit a theseo in
teremptus in crommyone aper siluestris: a quo plures interibãt
viribus ac magnitudine prestãtes. Deleuit insuper Scyronem ha
bitantem ea loca megarę: quę ab eo saxa scyronia vocãtur. Hic
viatores cogebat: vt seipsos precipiti iactarent loco deductos
supra scopulũ abruptũ hoies calce in mare iuxta chelonem pro
iiciebat. Sustulit etiam iuxta eleusinã Certionẽ certamẽ cũ præ=
sentibus: atq; ab se victos perimentẽ. Deinceps procustem occi
dit in eo loco terrę atticę: qui dicitur Curdalus habitantem.
Hic viatores cogebat supra lectum aliquẽ ascendere. Quo si lon
giores erant parte supereminente amputabantur: qui vero bre=
uiores pedib9 distẽdebant. A qua re ꝓcustis cognominat9 ẽ His
actis athenas veniens ægeum propter signa cognouit. Tum

marathoniũ taurũ ab hercule ex creta in pelopõnesum traductũ athenas ab se victum aduexit. quem ęgeus sacrauit Apollini.

Genealogia tectami

Superest vt de minotauro: quo thesei gesta absoluantur ab eo interfecto referamus. Oportet enim temporibus: quę a nobis explicata sunt contigua quo notior fiat historia describi Tectamus Dori filii Elleni ex deucalione orti cum ęolis ac pelasgis in cretam nauigans insulę imperauit. Sumpta cretę in vxorem: filiũ Asterium creauit. Quo in creta regnante Iupiter (vt aiunt) europam ex phœnicia raptam supra taurum detulit in cretam: ex ea tres genuit liberos. Minoem: Rhadamantum. Sarpedonẽ: Asterius deinceps prole carens cum vxorem duxisset europam Iouis adoptatis filiis regni eos reliquit successores. Horum rhadamãtus cretensibus leges dedit Minos suscepto regno cum itonem

Europę filii.

lictii filiam vxorem cœpisset: genuit ex ea licastum. Hic quoq; cum regnaret in creta ida coribanti filia vxore ducta secundum minoem genuit: quem nonnulli iouis filium tradunt. Hic primus grecorum parata classe maris imperio potitus est. Cum despondisset pasiphen solis cretęq; filiam: suscepit Deucalionem Crateum: Androgeum: & Ariadnem pluresq; naturales liberos. Androgeus cum athenas consensu athenienssium omnium concessisset ęgeo regnãte: inq; certaminibus superaret athletas omnes in consuetudinem pallantis filiorum venit. At ęgeus suspicans nequando propter Androgei amicitiam apallantis auxilio minois regno pelleretur insidiis Androgeo paratis ad spectaculum celebere proficiscentem thebas per quosdã eius regionis accolas circa Inoem terrę atticę interficiendum curauit. Cęde filii perturbatus Minos athenas venit supplicium interfectoris Androgei petens spretis eius verbis: bellũ a thenien-

Androgeus.

sibus idixit addita execratione: qua aduersus atheniẽses siccitatẽ famẽq; impẽcatus. Siccitate tũ atticos: tũ reliquã greciã vrgente corrupte terrę fructibus belli duces quõ hęc mala auerti possent deum cõsuluere. Iussit eos ad ęacum iouis ęginę asopi filię adire iubereq;: vt pro se vota facerent. Quibus profectis siccitas cũ penes alios grecos cessasset: solos atheniẽses vexauit. Coacti igitur sũt rursus a deo implorare tantę remedia calamitatis. Hanc defuturã deũ ferunt respõdisse: si pro Androgei cæde Mi-

Mino tauri pueri.

noi quas vellet pœnas dedissent: parentibus deo atheniẽses pce-pit Minos pueros septem totidem virgines singulis annis Minotauro quoad viueret vorandos tradidit. His datis defecit sic

citas. A bello abstinuit Minos annis septem transactis rursus cū
in regionē atticā cū magno exercitu transisset minos: ac bis se
ptem pueros petisset traditi sunt. Theseus cū esset nauigaturus
accessit ac gubernatorez Egeus p̄cipiens: si minotaurū supasset Theseus
filius: vt albis velis portū intrarēt: nigris quēadmodū & antea i
oniā fecerūt: si perisset. Theseus in cretā cū nauigasset Ariad=
ne minois filia eius specie ac decore capta & cōsiliū operāq; de
dit minotauri occidendi & laberynthi egressu edocuit. Deinde
cū ariadnę noctu clā recedēs in insulā appulit aliquādo diē nūc
vero nassum vocitatā Eo tēpore Dionysium ferunt pulchritudi=
ne ariadnes captū cū a theseo virginem abstulisset vxorem illā
ab se p̄termodū dilectam duxisse. Post eius obitum propter sin=
gularem amorem honore immortalium dignatus coronam ex Ariad
astris ariadne in cœlo constituit. Verum eos qui cum theseo na= nes co=
uigabant ferunt ęgre admodum raptum virginis ferentes pro= rona
pterq; dolorem ęgei mandatorum oblitos nigris velis in atti=
cam peruenisse. Quod ęgeus cum aspexisset existimans theseuz
filium perremptum rem heroicam aggressus ex arce ob dolorez Aegei
semet precipitauit. Post patris interitum theseus regno succe= mors.
dens cōstitutis legibus populo imperauit: multaq; ęgit ad am=
plitudinem ciuitatis spectantia in quis illud fuit insigne q; plu=
rimum populum athenas ad habitandum induxit. Qua ex re vi
ribus & auctoritate aucta ciuitas grecię principatum tenere vię
sa est. Verum ad ea quę de theseo supersunt redeundum. Deu=
calion maior natu filiorum Minois cretę imperauit inita cum
athenienſibus belli societate Phedram filiam Theseo despon= Phędra
dit. Qui cum post ductam vxorem hippolytum ex amazone Hippoli
genuisset: in trizenam misit sorori ethrę nutriendum. Ex Phe= tº. Atha
dra Athamantum suscepit ac Demophoontem. Paulopost hip= mantus
polytus cum athenas ad mesteria venisset a Phedra propter pul Demo=
chritudinem amatus est quo recedente phedra templum veneri phoon.
in arce vnde in trizena conspectus erat condidit. Cumq; ad pit
theum cū theseo diuertisset hippolyti concubitum petit. illo sce=
lus abnuente moleste idferens nouerca athenas reuersa hippo=
lytum q; se viciare voluisse: apud theseum accusauit. Ille dubi=
tans verū ne crimen esset rem ad hippolytū per internunciū de
tulit ferebatur tunc forte equorū curru hippolytus. Cui calumnia
audita labenti animo frena e manibus exciderunt. Turbati equi
excussis habenis currū p̄cipitē egerunt. Quo effracto hippoly=

tus vestibus implicitus atq; ad terram delatus interiit. Ob eius
Theſei mors
ante optime actam vitam trizeni deorum illi honores impen-
dere Theseus his turbatus calamitatibus pulsus patria apud ho
spitem functus est vita: athenienses penitentia ducti ossibus the
sei athenas traductis: & illum coluerunt pro deo: templum si-
bi intra vrbem asilum quod ab eo theseum dictum est cõstitue-
re. Nunc de raptu helenę deq; perithoi erga proserpinam amo
re: gestis enim thesei sunt immixta dicendum. Perithous ixio-
perithoꝰ nis filius defuncta hippodamia vxore. polypito filio superstite
athenas ad theseum venit: cuius vxor phędra cum defuncta es
set suasit ei helenę Iouis ac lede raptum. Ea tum decimum age
Helenę raptus.
bat annum omnes cęteras decore ac modestia excellens. Lace-
dęmonem profecti capto tempore helenã cõmuni cõsilio athe-
nas aduexere. Deinceps inter eos sorte iacta vtrius esset sponsa
helena futura: ea tamen adiecta conditione: vt his pro quo sors
cecidisset: socio coadiutor ad alteram quęrendam vxorem foret
Idq; iureiurando cum firmassent: sorte Theseo euenit. Quod
factum cum ęgre ferrent athenienses: timens Theseus Helenam
in Amphidriã vnam ex atticis vrbibus deduxit: eius cura ethre
matri multisq; ex amicis permissa Perithous cupiens proserpi-
nam vxorem habere consilium cum Theseo communicauit.
Verum cum propter rei impietatem a proposito eum auertere
conaretur: vbi illum perseuerantem inq; iurisiurandi vim ad p
serpinę raptum se adigi vidit coadiutorem se prębuit. Cum ad
perithoi & theſei ad inferos deſcẽdissent vterq; ibi captus. Sed postmodũ in gratiam
herculis liberato. Theseo perithos apud inferos detentus luitu
sempiternas sue impietatis pęnas q̃dã scriptores tradunt ãbos
rediisse ab inferis. Eoq; tempore Dioscorus helenę fratres cuꝫ ex
ercitu Amphridriã profectos capta euersaq; vibe Helenaꝫ adhuc
virginẽ captiuãq; ethram Theseimatreꝫ lacedęmonem vexisse.
Laius Iocaſta
Res postulat: vt de septẽ ducibus qui thebas profecti dicunt scri
pturi belli causas a principio ordiamur. Latius thebanorum rex
sumpta vxore iocasta creontis filia cum diutius cauisset liberis:
oraculo consulto an esset filios habiturus responsum tulit: non
conducere sibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius
patrem occisurus esset aduersaq; fortuna domum funestaturus:
post quod responsum precepit natum infantem traiectis pri-
mum ferro pedibus exponi: vnde & œdipus cognominatus est
Sumptum puerum domesticę cum non exposuissent: cuidam

seruili mulieri nomine polybie tradidere. Cum iam vir factus es set: deum de infante exposito consulere statuit laius. Oedipus quoq; a quodam se fuisse expositum certior factus: & ipse pithi am q sui parētes forent oratū profiscisebatur. Cū ābo apud pho cidam inuicē obuiassent. Laiusq; illum deuia cędere superbius mandasset. Oedipus ira motus laium occidit inscius parentē es= se. Eo tempore tradunt sphingem belluaz biformē venisse thebas proposuisseq; enigma: quod q non soluerent pirent. Ex quo plu res ob rem dubiā inter erunt. Soluenti p̄miū iocastę connubium & thebeorū regnū propositū erat. Verum nullus excepto oedipo enygma soluere valuit: id erat eiusmodi. Quod animal bipes idē tripes ac quadrupes foret. Cęteris ad dubitantibus solus Oedi= pus ait hominem id animal esse. Qui infans quattuor iret pedi= bus: auctus ętate duobus: iam senior factus tribus: nam baculo tanquam tertio pede sustentaretur. Sphinga suo iudicio victa se ipsam ex loco excelso pręcipitauit. Oedipus ignotam matrem vxorem sumpsit: quattuorq; ex ea genuit liberos Ethioclem. Po lynicem Antigonam: & isminem. Hi cum ad ętatez peruenissent domestica impietate cognita Oedipum coegerunt ob dedecus non egredi domum: ipsi sumpto regno fœdere inuicem sanxe= runt: vt singuli alternis annis imperarent. Primusq; imperii an= nus ethiocli cęderet maiori natu: is acto anno petēti ex fœdere renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa in argos ad Adrastū regem confugit Hoc tempore tydeus œneicum in calidone alca tum lycotheūq; nepotes occidisset: ex etholia ausugit in argos. His adrastus benigne susceptis quodam responso motus vtriq; filias vxores dedit Polynici Argiam Deiphilem Tydeo adole= scentes cum a rege probarentur magnaq; eorum virtutis expe= ctatio videretur ambos in patriam pollicitus est se reducturum. Verum cum censeret primum debere Polynicem restitui ferunt regem ad ethioclem destinasse. Tydeum quinquagita viros ab Ethiocle in insidiis in itinere positos occidisse: ad argosq; præ= ter opinionem redisse incolumen. Hęc adrastum impulerunt: vt quę ad bellum spectabant pararet. Ascuit autem ad belli so= cietatem Capaneum Hippomedontem parthenopeum athlan= tis schinei. Suadebant amici polynicis: vt ad bellum Amphia= raus vates duceretur. At is cum pręuideret si ei bello afforet se periturum idq; propterea recusaret ferunt Polynicem aureum torquem a venere Hermione datum Amphiarai vxori: quo

oedipus Sphinx

Filii Oe dipi.

Adrast⁹

Argia deiphile

Tydeos virtus

amphia ra⁹ mor tis non inscius.

belli ſocietatem viro perſuaderet donaſſe. Eo tempore Amphia-
raus Adraſtuſq; de regno diſſidẽtes ad Eriphilis Amphiarai cõ
iugis Adraſti ſororem omnem diſſenſionum iudicium rettulerũt
Illa pro amphiarao ſententiam tulit: adiiciens vt belli thebis in-
ferendi ſocius adiutorq; eſſet Amphiaraus exiſtimans ſe ab vxo
Eriphile re proditum ad bellum ſpopondit ſe adiutũ. Sed alcmeoni filio
Alcmeõ imperauit: vt poſt ſuum obitũ eriphilẽ perimeret. Quod pris mã-
datum poſtea executus facti cõſciẽtia in inſaniã verſus eſt. Adra
amphia ſtus Polynices ac Tydeus ad bellum ituri quattuor elegerũt du-
raus ces. Amphiaraũ: Capaneum: Hippomedõta & parthenopeum.
capane° Qui omnes magno exercitu aduerſus thebas ꝓfecti ſunt. Ethio
Hippo- cles ac polynices mutuis vulneribus cõfoſſi conciderũt. Capane
medon. us magno impetu ſcalis murũ aſcendẽs mortez opetiit. Amphia
Parthe- raus in terre hiatum cum curru delatus abſortuſq; nunq; poſtea
nopeus. viſus eſt. Eodem pacto & reliqui duces omnes ꝑter adraſtũ mul-
tiq; preterea mortales occubuerunt: quorum ſepeliendorũ facul-
tas a thebanis cum denegata eſſet in ſepultos ſinẽs adraſtus ad
agros rediit. Cum nullus auderet hos tumulis condere ſoli athe-
nienſes qui ceteros virtute anteibant omnes ſepeliuere. Hunc bel
li vitęq; finem ſeptez qui thebas oppugnatum iere ſortiti ſunt. At
vero filii mortem parentum vlturi communi conſilio contra the
banos mouerunt arma. Dederat reſponſum apollo eam ſe ciuita-
tem expugnaturos ſi alcmeonem amphiarai filium imperatorez
ſibi cõſtituiſſent hic ab illis dux factus deum & de thebano bello
tyreſias conſuluit & an matrẽ Eriphilẽ puniret. Reſpondit apollo vtrumq;
faceret non ſolum quia monile aureũ mater in necem paternam
ſed & peplũ quoq; ob filii interitum acceperit. Venerem aiũt quõ
dam Hermione Cadmi & monile donaſſe & peplum. Ambo hec
habuit Eriphiles: alterum a polynice: alterum a Therſandro po-
lynicis quo filiũ ad expeditionem thebanam hortaretur. Alcmeõ
igitur cum milites ad bellũ plurimos ab argis paraſſet abvrbibus
quoq; finitimis accerſito preſidio exercitum contra thebas du-
xit. Acerrima cum thebanis commiſſa pugna alcmeon victoria
potitus eſt thebanorum atritis viribus multiſq; amiſſis ciuibus.
Cum eſſent impares viribus omni ſpe deſtituti conſilium a Tyre
ſia qui diuinator erat exqſiuere. His thebanos ex vrbe iuſſit abi-
Thebę re: hoc ſolummodo illos conſeruari poſſe: iuxta tyreſię dicta vr-
daphnę bem linquentes aufugere noctu in oram boetię quę tilphoſea ap
pellatur. Thebę captę ac dirutę ſunt. Tyreſię filiam daphnen

postea cum victores cœpissent in delphos voto suscepto misere oblationē deo. Ea diuinandi artem edocta in delphis degēs multomagis eam scientiam calluit. Itaq; natura admirabilis plurima scripsit varii generis responsa. Cuius ex versibus homerum poetam ferunt multa adornatū sui poematis sumpta transtulisse. Cū hęc sępius dei spiritu ferretur: multaq; traderet responsa. Sybilla ab omnibus cognominata est: nam plenam deo Sybillā esse idē notat. Victores vero vrbe direpta in patriam quisq; multis cum spoliis reuersi sunt. Ex thebanis qui in tilphossum confugerant. Tyresias defunctus est: quem sui ciues magna cū pompa sepeliuere deorū sibi honores tribuentes Deinceps aduersus Dorienses armis motis pugna superatos ex eorū patria eiecerunt. Transacto paululū temporis quidam ex eis Iunonis sedibus mansere. Quidā athenas profecti sunt. Creōte Menicei regnāte patria pulsi paulopost in dorida remearunt i crineo tineoq; & Euboia habitantes. Antea boetus arnes neptuni filius migrans in ęolidem quę nunc thessalia dicitur. Eos qui secum accesserent boetos vocauit. Sed de ęolidibus paucis dicendum. Priscis temporibus cuz ex filiis ęoli qui fuit ellinis ex Deucalione nati cęteri: quę dicta sunt loca habitarunt solus minas in ęolide regnauit. Eius filius hippotes ex Menalippe ęolum genuit. Huius arnem filiam neptunus cognouit. Qua de re indignatus pater Metapontio aduene qui tum casu aduenerat eo pacto arnem dedit vt illam in metapontum deduceret. Vbi duos peperit filios ęolum ac boetum. Quos metapontius liberis carens quodam motus oraculo adoptauit in filios. Hi iam viri facti orta viuente metapontio seditione regnum obtinuerunt: postmodum dissentione inter arnem Autolipen peremere. Eam rem grauiter ferente metapontio illi pręparatis nauibus cum matre multisq; amicoruz mare ingressi. Eolus quidem ad insulas tyrreni maris appulit quę ab eo eolides sunt appellatę ciuitatēq; cōdidit quam lyparaz vocauit. Boetus vero ad eolum venit Arnis patrem a quo loco filii nutritus ē postmodum eolidis regnū possedit: patriam omnem a matris nomine arnem populos appellauit: ab se boetos Itonus ex boeto ortus q̄tuor suscepit filios Hippodamū Electrionē Archylicū Alegenorem: horum hippodamus Eleum genuit Electrion letum. Alegenor Elonium Archylicus protheroreq; & Archesilaum: qui ad Troiam iere boetorum exercitus duces. Nunc salmoneum Tyrumq; & eorum vsq; ad nestorem qui troiano interfuit bello po-

Sybilla quid.

Minas hippotes

Mena lippe ęolides.

Lypara ciuitas

steros referamus. Salmoneus ex eolo Deucalionis est ortus. Qui ex eolide cũ magna suorum manu ꝓfectus cõstitit in elea apud fluuium alpheum. Vbi ciuitatem a suo nomine Salmoneam cõdidit sumpta vxore alcide elei filia genuit ex ea Tyream decore formaq; eximiam. Alcidice defuncta syderam vxorem duxit: q̃ tiream vt nouerca cœpit odisse Salmoneus ob superbiam atq; impietatem contracto subditorum odio iouis fulmine conflagrauit Eius deinceps Tyrea filia adhuc virgo ab neptuno cognita perit peliaz ac neleum: postmodum ex creteo amithaonem genuit. feretumq; & Esonem. Cum diem suum obisset Creteus orta inter peliam. Neleumq; regni contentione pelias iolco finitimęq; regioni imperauit. Assumptisq; melampode ac biãte. Amythaonis agleieq; filiis quibusdamq; ex acheis phitiotisq; ac eolidibus aduersus peloponnesum exercitum duxit. Melampus cum esset diuinator argiuas fœminas propter dionysii iram fanaticas ab insania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras megapenthi argiuorum rex eũ donauit duabus regni partibus his argis cum moraretur biante fratre consorte regni facto vxorẽ cœpit Iphianiram filiam megapenti: ex qua protulit Antipharũ mantum. Biantem: ꝓnoem ex antiphato ac zeusippo coontis Iocleus Amalcheusq; orti sunt Iocleus hypermestraq; Lelpii iphianiram polibiam atq; amphianum genuerunt. Hoc pacto Melampus ac bias eorumq; posteri argiuorum imperium tenuere. Neleus cum his qui eum secuti erant in messenem transiens accolarum voluntate condidit vrbẽ pilum: cui cum imperaret vxorem sumpsit Chilorem amphionis thebani natam: exq; ea duodecim filios suscepit. Quorum senior perydimeus extitit. Iunior Nestor qui bello interfuit troiano & de progenitoribus Nestoris hactenus. Nunc de laphitis & centauris differemus. Ex oceano ac theti plures filii secundum fabulas monarunt a fluminibus cognominati: in quis fuit peneus: a quo accidit peneum in thessalia dici. Hic ex nympha creusa liberos suscepit ipseum ac Stilbiam: quam cognouisset apollo Laphitum ac centaurum genuit. Lapithus locis circa fluuium peneum ad habitandum lectis cum ibi imperaret Eurionem Arsinoi vxorem duxit: ex qua duos suscepit filios phorbantem ac periphanẽ regni paterni heredes. Populi omnes a laphito laphitę appellati sunt phorbas cũ in olenum transcendisset accersitus ab Alector boetiorum rege cũ pelopis vires formidãte cleorũ regnũ ab eo cœpit: huius filii

Tyrea salmõei filia.

salmõe⁹ igne cõsumptus

Melãp⁹ & etidũ curator.

nele⁹ nestoris pr̃

egeus auctorq; paterno succeſſere regno: periphas alter laphiti natus ex aſtiagia vxore ipſei filia octo genuit liberos quorũ natu maior antion ex melate Amythoni ſuſcepit ixionẽ hic vt tradũt dona plurima eſioneo pollicitus deſpondit eius filiam cliã exq; genuit perithoum. Veruꝫ cum ixione nequaq; ꝓmiſſa vxori tradidiſſet eſioneus pro iis equos illius cepit. Tunc ixion pollicitus ſe quę promiſerat daturũ accerſitum a ſe eſioneum i foueaꝫ ardentem coniecit. Qua crudelitate cum nullus eam cedem purgare vellet ab ioue vt fabulę tradũt demũ purificatus iunonẽ ſtupri interpellare auſus eſt. Qua re cognita iupiter nubem in forma iunonis cum interpoſuiſſet: ixion eo cõcubitu centauros genuit. Tradũt tandẽ ixionẽ ſcelerũ magnitudine ab ioue rote alligatũ ꝑpetua poſt obitum torqueri cruciatus pœna. Centauros nõnulli volunt in pelio a nymphis nutritos poſtmodum equos ſubagitaſſe. Exq; eis hippocentauros natos. Creditum q; primi egtare auſi ſint eoq; natã fabulã veluti equi eſſent hoiſq; natura. Hos ferunt tanq; phithoi cognatos partẽ regni paterni ab eo poſtulaſſe. Qđ renuẽti bellũ a laphitis illatũ eſt Sed eo ceſſante poſtmodum: cum pithous hippodamiam deſpõdiſſet theſeo ad nuptias ac centauris vocatis illi vino ebrii fœminis quę in nuptiis erãt vim afferre cognati ſunt. Qua iniuria tum theſeus tuꝫ laphitę permoti multis centauris peremptis reliquos e ciuitate eiecerunt: hanc ob cauſam centauri vna aduerſus laphitas profecti plures interfecere. Qui cedit ſupfuerũt ptim in pholoem archadie ꝑfecti ſunt: ptim in malea habitarũt: hi rebus ſecundis elati ex pholoe egreſſi ad prędandũ propinquos gręcos eos occiderunt. Nunc de Aeſculapo eiuſq; poſteris referendũ Aeſculapius traditur Apollinis coronidiſq; fuiſſe filius Qui natura ingenio prędarus medicine opera impenſa plurima valitudini hominum vtilia adinuenit. Adeo autem peritia artis excelluit vt q; plurimos deſperantes ſanitatem liberaret a morbo: propterea q; creditus ſit nonnullis defunctis vitam reſtituiſſe ob eam rem tradunt ipſum apud iouem ab inferis accuſatum tanq; earum imperium diminuentem. Quod ſemp excitarẽtur a mortuis homines illius cura eaq; cauſa exacerbatũ iouem fulmine eſculapium occidiſſe. Hac morte Apollo iratus ciclopes qui id flumen fabricarent interfecit. Quo facto indignatus iuppiter iuſſit. Apollinem homini in pœnam erranti ſeruire Eſculapius filios reliquit Machaonẽ & podaliriũ qui arti paterne dedit cum

Ixionis pfidia

Cẽtauri

Aeſculapius.

Ciclopũ mors.

Podalirius & machaon apollinis filii

ad troiam cũ agamennone acceſſiſſent plurimum grẽcis in eo bello ſn curandis ſummo ſtudio vulneribus opitulati ſunt maximã ob id gloriã adepti. Meritis quorum immunitas rerũ omnium poſt bellũ ẽcõceſſa Sed de his actenus. Nũc de Aſopi filiabus ẽaciq liberis ſcribendũ. Ex oceano ac tethide fabulę tradũt ortos eſſe filios plures: a quibus flumina cognominata ſunt in quis peneus. Aſopuſq extitere: peneus in theſſalia ſedẽ eligẽs fluuio nomen indidit. Aſopus cũ phliũtem ad habitandum elegiſſet: ſumpta in vxorem Methope ladoni duos ſuſcepit filios pelaſgum atq iſmenũ. Filias duodecim iſmenus in boetia habitauit iuxta fluuiũ quẽ a ſuo nomie iſmenum cognominarunt ex filiabus Sinopes ab appolline rapta i eum locũ delata eſt vbi nunc eſt vrbs ab ea ſinopes dicta eorum filius ſyrus his imperitauit qui ab eo ſyri ſunt appellati. Corcyra vero rapta a neptuno in eam inſulã delata eſt: quã ab ea dixere corcyram ex his natus eſt phẽacus a quo phẽacum nomen cœpit: phẽaco filius extitit Alcionus: qui vlixem in thacã deduxit. Salamis quoq a neptuno rapta eſt aduectaq in inſulam ab ea Salamínam appellatam ex ea neptunoq genitus Cẽchreus imperauit huic claruſq iter omnes ſerpentem mire magnitudinis qui incolas vexabat occidit. Eginam ex phliunte iupiter rapuit: inq inſulaꝫ aduexit: quę ab ea eſt Egina dicta ab ioue compreſſa genuit Aeacũ qui in ea regnauit inſula. Ab eo creati ſunt Peleus & thelamon Horum Peleus diſco iacto inuitus phocum fratrem interfecit. Ob hanc cẽdem a patre pulſus inq phithiam theſſalię fugiens ab Actoro rege purificatus: inq regnum cuꝫ is liberis careret aſcitus eſt. Ex peleo ac thetide Achilles ortus cum Agamennone ad troiaꝫ acceſſit: Thelamõ ex egina abiẽs adiit Salaminã vbi ſũpta vxore glauca Cychrei ſalaminorũ regis filia imperauit inſulę: glauce defuncta Eribiã Alchati athenienſis deſpõdit ex qua ortus Eãtus poſt modũ troiano interfuit bello Nũc cũ de pelope tantaloq atq Oenomao referendũ a nobis ſit paulo ſuperius hiſtoria ordiẽda ẽ. In ipſa peloponneſi ciuitate mars ex argina. Aſopi filia genuit Oenomaũ. Hic vnicã filiã hippodomiã appellauit. Finẽ vitę ab oraculo ſiſcitante: reſponſũ eſt tunc in fata illum cõceſſurum cum filia hippodomia alicui nuberet. Igitur filię nuptias veritus decreuit vt in perpetua aſſeruaretur virginitate hoc maxime exiſtimans pacto vitę periculũ ſe vitaturum. Multis puellam vxorem ſibi dari poſtulantibus illis id propoſuit certamen

Aſopus

Corcyra a Neptuno rapta

Phocimors.

Oenomaus hippodamie pater.

quo qui victus esset interficeretur. Victor virginem desponderet. Equorum instituit cursum a pisa ad aram Neptuni quę est apud isthmum corinthi. Cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietem Iouí sacrificabat. Qui virginem postulabat quattuor equorum fere batur curru. Oenomaus sacris peractis cursu sequebatur prędē tem auriga mirthilo assecutum hasta quam gestabat manu inter ficiebat. Hoc pacto cum plures equorum velocitate peremisset Pelops. Tantali qui pisam accesserat visa hippodamia. Id concipiēs connubium corrupto mirthilo illius opera victoria vsus est: primusq; ad aram neptuni peruenit. Qua ex re dolore actus. Oenomaus existimans aduenisse responsi tempus sibi mortem consciuit Pelops sumpta vxore hippodamia pise regnum tenuit. Qui viribus ac prudentia insignis cuꝫ plurimos in peloponnesum ac colas deduxisset eā patriam peloponnesum ab se denominauit.

Modus certaminis curulis hippodamię.

Pelopis victoria

DOsteaq̄ pelopis meminimus necessariuꝫ videtur ne qd memoria prętereat dignum: vt & tantalum patrē superioribus adiiciamus: tantalus iouis filius diuitiis & gloria insignis in ea asię parte: quam nunc paphlagoniam vocant habitauit plurimum diis ob generis claritateꝫ charus: postmodum fœlicitatem suam insolenter ferens immortaliū secreta quę mensę communione vsuq; deorum nouerat palā protulit hominibus. Qua ex causa & viuus pœnā tulit & post obituꝫ secundum fabulas tormentis apud inferos inter scelestos perpetuis punitur. Ex eo & pelops & Niobe orti sunt. hęc filios septeꝫ & totidem filias peperit summo decore prędtantes: tali prole superbiens admodum gloriabatur se latonę prędferens numero filiorum: itaq; ira motam fabulę latonam ferunt appollini vt Niobes filios Dianę vt filias arcu interficerēt mandasse. Quibus matri obtemperantibus contigit eodem tempore: & abundare filiis nioben & carere: tantalus deorum odio contracto a paphlagonia ab ilo troís pulsus est de quo & eius maioribus paucis scribemus Prouincię troadi primus imperauit teucrus ex fluuio Schamandro atq; idea nympha genitus. Vir quidem egregius: & qui populos subditos teucros ab se nominauit. Teucro nata est filia batea: quam dardanus iouis filius vxorem sumpsit: regnoq; succedens gentem de suo nomine dardanam dixit. Vrbem prętereа sui nominis iuxta litus condidit. Huius erichthonius filius primū fœlicitate excelluit & fortunis. Quem & homerus scribit ditissimum hominum. Cui tria milia erant equi pascentes prata Eri-

Tãtali pœna

Batea teucri regis filia

troiano rũ genealogia

&thonio natus est tros: q̃ a se populos troadas appellauit hic tres
suscepit filios: illum: assaracum: ganymedem. Ilus campestria lo
ca ad habitandum eligens vrbem insignem in troade condidit
ab se ilium appellatam. huius filius laomedon tithonum genuit
ac priamum: thitonus in assiã orientem versus vsq; in ęthiopiam
militans dicitur genuisse ex ida filiũ noie Mẽnonẽ: q̃ cũ troianis
presidiũ tulisset: postea ab achille est interfectus priamus ex he-
cuba vxore cum alios plures: tum hectorem genuit quivir pręcla
rus troiano in bello fuit. Assaracus dardanis imperãs Capim ge
nuit: ex quo Anchises natus est: ex eo & venere ęneas troianorũ
clarissimus ganymedes omnium fortissimus a diis raptus est in
picernam iouis. Deinceps ad dedalum & minothaurum ad mi-
nosq; aduersus cocalum sicilię regem expeditionem tiãseamus

cocal⁹ sicilię rex

Dedal⁹.

Dedalus genere athenięsis fuit vnus ex his qui erechthidę dicũ
tur: natus ex mitiono Epulami: qui fuit ex athineo erichthei filio
pręclarus architectus fuit: hic multorum auxilio quos sibi adiu-
tores comparauit quędam miranda effecit variis in locis orbis o
pera statuis vero fabricandis adeo superauit omnes vt a posteris
traditum sit: signa ab eo facta cum aspicere atq; ambulare vide-
rentur spirantia existimari: ita enim composito membrorum a-
pta erat & suis partibus perfecta vt omnes ad admirationem al-
liceret: priores artifices ita signorum oculos manus latera crura
componebant vt in multis deficerent. Aufugit autẽ a patria de-
dalus iam clarus architectura cędis ob causam huiusmodi dãna-

Tal⁹ dedali nepos Rota. Serra Tornus

tus: talus adolescens sororis filius ab eo erudiebatur: cum inge-
nii acumine prestaret dedalo primum rotam qua vtuntur figu-
li adinuenit. Deinde reperta serpentis maxilla paruulum cum se
casset lignum imitatus postea dentium serpentis spissitudinẽ ser-
ram ferreã fabricauit. Qua in re multũ ad architectorum artẽ ad
iumenti contulit. Similiter cum reperto torno pluribus in rebus
hominibus profuisset: magna laude celebratus est: hunc puerũ
dedalus inuidia motus existimans turpe esse magistrũ ab adole-
scente gloria vinci dolo illum interfecit. Cum puerum sepeliisset:
dolore mœstus cum rogaretur de eo quem sepeliisset serpentem
respondit. Rem mirandam ducet quis fortasse animal ex quo ser
tę forma sumpta esset: feciisse notam pueri cędem. Accusatus ab

Dedali populi

areopagitis ad quendam populũ qui ab eius nomine dedali vo
citati sunt. In cretã deiñ transcędens cum magno in honore p-
pter artẽ haberetur in minois regis amicitiam venit. Tradunt fa

bulę pasiphen minois vxorē cum taurū adamaret signū boui si mile a dedalo factū. Eoq; modo thauro suppositā desiderio po titā eē. Ante hoc tēpus minoē quotannis ferunt speciosissimum oium thaurum neptuno solitum de more sacrificare cum ei thau rus esset cęteris pręstantior aliuz sacrificauit deteriorem Qua re iratus minoi Neptunus eius thauri amorem pasiphę iniecit cui arte dedali suppositā decātatū fabulis genuit minothauruz natura duplici: vt q vsq; ad humeros thaurus cętera homo esse Ad hoc nutriēdum monstrum aiunt a dedalo laberinthum fa= bricatum difficiles habentem egressus & in sciis pœnitus irre= meabiles. In quo recluso minothauro septem athenienses pue ri totidemq; virgines singulis annis ꝓut antea diximus daban tur Dedalus ira Minois ex boue a se fabricato conceptam renēt abcessit ex creta pasiphes auxilio nauē ad effugiendum pręben tis post eū fugiens icarus filius cū insulā quādā peteret in mare decidens periit: a quo & insula dicta est & pelagus icareū voca tū. Ex hac insula abiens dedalus in siciliā appulit ad ea delatus loca vbi cocalus imperabat a quo humaniter susceptus est: ac ꝓ pter ingenium pręstans famamq; eius summa beniuolentia ha bitus. Tradunt quidam cum adhuc in creta esset dedalus & a pa siphę absconditus minoem regem expetentem meritas ab eo pœnas cum non reperietur & naues omnis insulę scrutari man dasse & simul pecunias pollicituz si quis dedalum inuenisset Ac ipse desperato nauis transitu alas sūma arte fabricauit quas cera cōpactas cū suo filiiq; corpori applicuisset: amboq; supra mare aduolarent icarus cum alterius iter tanq; adolescens peteret solis ęstu cera liquefacta laxatisq; alarum iuncturis in mare decidit. Pater prope maredalus alias sępius madefactis ad siciliam per= uenit incolumis: quę fabula quamuis videatur miranda tamen eam voluimus recensere. Dedalus apud cocalum ac sicanos diutius commoratus est pręclarus architecturę artis pręstan= tia. Aedificauit in insula quędam: quę adhuc permanent ope= ra. Nam prope megaram fecit eam quę dicitur lymbethra. Ex qua ingens fluuius Alabos nomine in mare propinquū effluit iuxta eam quę nunc est acragantina in loco qui dicitur camicus vrbem supra petram effecit: vt quę expugnari nequeat munitis simam illius ascensu ita arcto difficiliq; reddito: vt aditus tri= bus aut quattuor viris custodiretur. In hac vrbe Cocalus regia constructa thesaurū omnem in ea tanq; expugnabili condidit.

pasiphę

Laberin thus.

Dedali penne.

Tertio ędificauit in ora Selinũtina antrũ: ex quo ita euaporabat ab igne fumus: vt aſtantibus paulatim ſudor ex calore elicere= tur. curarenturq; cum voluptate adeũtiũ corpora nulla caloris moleſtia percepta. Eſt iuxta erycẽ: ſaxũ p̃ceps p̃ruptũ: vltra mo= dũ editũ: per cuius abrupta anguſtũ difficileq; erat iter ad vene ris templũ in eo ducto muro aditũ reddidit latiorem. Multa p̃= terea a dedalo opera conſtructa in ſicilia ſunt temporũ vetuſtate corrupta. Aureũ inſuper arietẽ veneri & erici poſuit ea ingenii ar te ſculptum vt viuus extimaretur: interim minos claſſe potens cognita dedali i ſicilia fuga ſtatuit eum bello perſequi: p̃paratis nauibus e creta profectus in acragãtiam appulit: quę nũc ab eo minoa vocatur. Expoſitis copiis per nũciũ cocalo tradi ſibi De

De de= dali tra ditione pactum

dalum ad pęnã popoſcit Cocaſus minoe ad colloquiũ acito qđ poſtularet ſe facturum pollicitus domi receptũ cũ in balneis la= uaretur adeo in longũ tempus in thermis detinuit: vt nimio ę= ſtu ſuffocaretur. Eius deinde corpus cretenſibus teddidit p̃lata obitus cauſa: q; i lauachro elapſus aqua calida periſſet: eius cor= pus milites magnifice ſepeliuerunt: iſepulchro ei dupllci cõſtru= cto Vno in quo poſita ſunt occulte minois oſſa. Aliud palã ędifi cato veneri templo: quod multis ſeculis poſterivt templũ veneris coluerunt Poſtea cũ acragantines regnante apud eos Thuono vrbeq; conderent repertũ ſepulchrum oſſibus in cretã miſſis de= moliuere. Cretenſibus qui defuncto minoe in ſicilia abſq; im= perio remanſerant inuicẽ diſſidẽtibus quidã qui ſicanis aſſue= uerant cõtempta patria in ſicilia manſere. Horũ pars ciuitatem condidit quã ab eorũ rege dixerunt Minoem Pars per littus er= rans locũ munitum condende vrbi elegit: quam a fonte in vrbe

Engya

fluente engyã appellarunt. Poſt captã vero troiã. Merionũ creti & cum eo cretenſes nauibus in ſiciliam delatos veluti cognatos

Ochyra

in ciuitatem ſuſcepere. Hi poſtea ab ochyra vrbe recedentes ex= pugnatis nonnullis finitimis eorũ regiones poſſiderunt. Auc̃ti poſtmodum opibus templum matribus ędificarunt prędipuo eas cultu deas multiſq; templum donis honorantes. Has ex cre= ta aiunt vbi maxime coluntur aduc̃tas iouem olim clam patre

Arctos

ſaturno educaſſe: quo merito in cœlum ſunt in aſtra: quę arctos dicunt tranſlate. Hęc & aratus in ſuo de aſtris opere confirmat inquiens eas propter iouem occulte enutritum in cœlum aſcen= diſſe Neq; vero equũ videtur harum dearũ prędens hominibus numen & cultum prędterire: Nam eas non ſolum huius vrbis

accolę: ſed etiam ex finitimis quidam ſacris ſolemnibus & aliis honoribus celebrant Quędam vrbes etiam prędcioſa vaſa earum cultui deputarunt. Futuram enim exiſtimant & priuatis & huiuſmodi cultu fœlicem vitam & vrbibus diuturnam. Vſq; adeo autem iſtarum dearum creuit religio vt accolę permultis aureis atq; argenteis vſq; ad ſcriptorum tempora donis exornarint. Templum quippe ipſis ędificatum eſt ingens ac ſumptuoſum: ad cuius ſtructuram cum loci natura non ſuppeteret ab Aſtygiõe agyrineorum quę centum ab eis diſtat ſtadiis ſaxa aduehi magna impenſa curarunt. Cum vero iter quo neceſſe erat lapides ferri aſperuq; eſſet ac difficile trāſitu quattuor rotarū curribus ad id prędparatis centum auris boum lapides delati ſunt Sacrarum enim pecuniarium copię impēnſam tanti operis contempſere. paulo ante hęc tempora erant eis duabus ſacri boues ad tria milia agri adeo permulti vt magnum vectigal prębe- Cyrenę
rent. Nunc ariſtei acta ſequentur. Hic ex Apolline ac Cyrene piſei filia genitus eſt de cuius genere quidam ita tradunt. Cum cyrenes apud peleum virgo educaretur. Apollo eius forma captus raptam virginem in lybiam detulit ad ea loca in quibus poſtmodum ciuitas condita eſt ab eius nomine cyrenes. Ex ea filiū ſuſcepit Ariſteum: quem infantem tradidit nymphis nutriendum a quibus triplici nomine eſt appellatus. Nomius. Ariſteus Agreus. Ab his nymphis cū Lac coagulare mel atq; oleum conficere didiciſſet primus ea in vſum hominum traduxit. Apoſteris vt deus meritis honoribus ſicut & Dionyſius cultus eſt. profectum deinceps in boetiam aiunt. Autonen cadmi filiam vxorem ſumpſiſſe. Ex qua genitus eſt acteon quem fabulę ferūt a ſuis canibus diſcerptum. Cuius rei cauſa ea traditur a nōnullis extitiſſe: q̄ dianę concubitum cum venaretur in montibus iuxta templum ſitis appetierit. Alii q̄ ſe illi acteon prętulerit venādi arte. Vtrūq; veriſimile eſt ad iram deam incitaſſe. Siue. n. deſuetam nuptiis virginem ad ſuam queſiuit cupiditatem traducere ſiue auſus eſt ſe illi in venationibus anteferre. Cum etiaꝫ diin eo exercitio illi cedant merito irata dea eum in belluaꝫ q̄a canibus laceraretur cōuertit. Ariſteum aiunt poſt acteonis obitum cuꝫ ad oraculum adeſſet patris Apollinem reſpondiſſe futurum eſſe vt chyum inſulam aditet in qua ei honores impenderentur Cum in eam nauigaſſet orta per vniuerſam gręciam peſte ſacra pro grędcis ſyrii aſtri tempore feciſſe dicunt. Hiſq; actis etheſiis

Triplex ariſtei nomen

Authone. Acteon Fabula acteonis

Siriꝰ ſtella q̄ ſcdꝫ aliquos canis dicitur

flantibus ventris morbum ceſſaſſe. Miranda profecto res huic homini priuatum contigit Nam his qui filium a canibus interẽptum conſpexit & aſtrum cęleſte: qꝫ ex nomine pernitiem inferre mortalibus putant ad ſalutẽ vertit: & cęteris extitit cauſa ſalutis poſtea nepotibus in chio relictis in lybiam ad matrem nympham rediit. Ac deinde in inſulam ſardorum profectus in ea conſtitit. Captuſqꝫ inſulę amenitate conſitis arboribus ex agreſti reddidit cultiorem ibi duos genuit filios Charinum ac Chalearpum. Ad alias quoqꝫ inſulas cum acceſſiſſet in ſicilia aliquandiu commoratus eſt: in qua cum variis fructibus armentiſqꝫ referta eſſet ſingulorum vſum edocuit. Quo beneficio ſiculi & hi pręcipue apud quos naſcũtur oleę pro deo ſummo honore coluerunt. Tandem ferunt in thraciã ad Dionyſium trãſgreſſum & percępiſſe orgia diutius cum eo commoratum multa ad vitam vtilia didiciſſe. Cum aliquam diu in mõte qui Emos dicit habitans poſtmodum non comparuiſſet deorum immortalium honores non ſolum a barbaris: ſed a grecis quoqꝫ aſſecutus eſt Poſt ariſtheum daphnis atqꝫ erix adiicientur. Ericem tradũt veneris ac Bruti regis cuiuſdã indigne inſignis gloria filiũ extitiſſe. Hic propter nobilitatem maternam pręclarus apud homines fuit: & imperauit inſulę parti. Condidit quoqꝫ ſuper locum excelſum ex ſuo nomine ciuitatem pręclaram in cuius arce matri dicata templo & vaſis illud & variis ornauit donis. Eam Venus vrbem tum incolentium religione: tum filii pietate alecta plurimũ dilexit a qua Venus Erycina dicta eſt. Mirabitur quis forſitaſſe huius templi famam. Nam cum aliorũ templorũ gloria ad ſummũ perducta quandoqꝫ aliqua obducta ſit calamitate. Solius templi huius cultus atqꝫ honor a primordio cępti nunquam deferunt ſemper in melius aucti & quidem pręter honores ab Erice inſtitutos: ęneas poſtmodum italiam petans cum in ſiciliam appuliſſet plurima dona veneris veluti matris templo obtulit Sicani deinde multis poſt ſeculis hanc venerati deã eius tẽplum ſacris doniſqꝫ permultis ornarunt. Ab athenięſibus poſtea qꝫeam partem ſicilię tenuere Venus p̃cipue ſummo ſtudio culta eſt. Romani poſtremo vniuerſę inſulæ imperantes ſuperiores omnis in huius deę cultu haud immeriro exceſſerunt ſuum genus in hanc referentes propterqꝫ eam proſpera vſi in rebus fortuna eorum imperii cauſam merita gratia honoreqꝫ proſecuti ſunt. Conſules enim meliteſqꝫ qui in inſulam tranſcendunt ac

Emos

Erix

Venus

Etycina

omnes qui cũ imperio aliquo illuc adeunt cum ad ericẽ veniunt Romão
ꝑcipuis sacris honoribusq templum venerantur: omni quę abie tũ ivene
cta imperii seueritate in puerorum ac mulierum remissionem hi rẽ maxi
laritatemq conuersi solum eo pacto gratum eorum aduentum malatria
esse deę putant. Senatui eius deę cultus atq honor cura præcia
pua fuit. Statuit enim in eius honorem fidelissimas sicilię vrbes
decem & septem numero aurum veneri conferre. Milites quoq
ducenti ad eius templi tutelam deputati sunt. Sed de hac satis.
Nunc ad daphnidem veniendum. Sunt montes in sicilia quos
erios vocant. Hos loci natura tanquam continua ęstate a menos
atq vberes reddit. Fontes sunt in eis quercus grossiorem qui a
pud alios nascuntur fructum reddunt domesticę etiam arbores
& vites permultę copiaq ingenti mala nascuntur. Adeo autez
fructiferi montes existunt vt aliquando carthaginensium exerci
tum permagnum famę superuenientę abunde nutrierit. In hu
ius regionis silua admodum amena. In qua diuertebantur nym
phę. Ex Mercurio & nympha daphnidem natum tradunt: qui a
laurorum multitudine quę in ea frequentes sunt appellatus est daphnis
daphnis. Educatus a nymphis boum permulta possedit armen
ta A quorum cura bucolos dictus est. Cum esset ingenio acri stu
diumq plurimum gubernandis bobus impenderet carmen buc
colicum: quod etiam nunc vsq a siculis in pręcio habetur adin
uenit. Tradunt insuper illum in dianę gratiam venandi studio i Buccoli
pendisse operam: eamq fistula & cantu buccolico apprime oble cum ca
ctasse. Huius amore capta nympha prędixisse illi tradũt si cui al men
teri iungeretur se illum visu priuaturam. Postmodum quadã re
gis filia ab se ebrio stuprata oculis vt prędictum fuerat captus ẽ.
Sed de daphnide iterum referetur. Nunc de orione paucis scribẽ
dum videt. Ferunt hunc tum magnitudine: tum robore corpo
ris heroas excedẽtem & venatorem fuisse & opera effecisse mul Orion
ta amore laudis. Nam zacloro in sicilia regnante vrbem ab eo zaclotus
dictam zacli quę nunc messana est ędificauit. Portum prętera
iacta mole actim nomine constituit. Quoniam messanę mentio
incidit haud ab re erit quę de eius freto feruntur recensere. Tra
dunt prisci rerum scriptores siciliam olim fuisse italię coniunctaz
sed postea ex huiusmodi causa insulam euasisse. Qua parte an
gustus continens ab vtroq maris latere ęstu collidebatur. Di
rupta maris fluctibus terra aqua peruiam fecisse a qua terrę

ſciſſura regius is locus appellatus eſt: ac multis poſtmodũ annis cõdita ibi ciuitas idem fuit nomen ſortita. Quidã tradunt terrę motu ſciſſum cõtinentem dediſſe mari locum. Ac propterea diuiſam a continenti ſiciliam inſulã effectam Heſiodus poeta cõtra ſentit. Ait enim operto mari promontorium quod iuxta peloruꝫ montem eſt aggeraſſe orionem incꝫ eo templum neptuno queꝫ incolę prȩcipuo honore colerent fabricaſſe. Quod opus cum consummaſſet ad euboeam diuertit Deinceps propter famam inter aſtra annumeratus immortale nomen adeptus. Quam rẽ homerus quocꝫ in necya pluriumverſuum teſtimonio aſſerit. Poſteaquam de hominibus ac ſemideis prout a principio ſumus polliciti ſcripſimus finem huic libro ſtatuemus.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

¶ Incipit ſextus. In quo hęc continentur omnia.

De his quę fabuloſę de ſicilia feruntur: & de figura & de magnitudine inſulę.

De cerere ac proſerpina & frumenti inuentione.

De lypara & cęteris quę eolides inſulę appellatę ſunt.

De melira: glauco: & cercina.

De ethalia: cyrno: & ſardone.

De pituiſſa: & inſulis quas aliqui baleares appellant.

De inſulis oceani quę ad heſperum vergunt.

De britannia inſula: & de ea quę dicitur baſilea vbi electrum oritur.

De galatia: celtiberia: hiberia: liguria: tyrrenia & de his qui ea loca habitant: & quibus legibus qui ea loca habitant vtantur.

De inſulis oceani: quę ad meridiem ſunt: & ea quę hiera appellatur: & panthea: & quę de his quę in ea ſcribuntur.

De ſamothracia: & de myſteriis quę in ea ſunt.

Da naxo: ſyrna: & calydna.

De rhodo: & iis quę de ea fabuloſę feruntur.

De cheroneſſo: quę rhodo oppoſita eſt.

De creta: & iis quę de ea fabuloſę feruntur vſq; ad iuniora tempora.

De leſbo: chio: ſamo: coo: & rhodiorum coloniis.

De thenedo: & de habitationibus eius: & de eis a thenedis geſta dicuntur.

De cicladibus inſulis.

CVm omnia in quibus hiſtoria verſatur complecti re
rũ ſcriptores deceat: tum vero maxime quomodo q̃
q̃ res ſingulatim deſcribendę ſint: cura videtur ſu=
ſcipienda. Non enim tãtum modo hęc notatio par=
ticularis diligẽtiaq̃ priuatis hominibus ad cõſeruã
das augendaſq̃ fortunas proficit: verum hiſtoricis etiam pluri=
mum affert decoris atq̃ ornamenti. Quidam quorum ob eloquẽ
tiã ac rerum geſtarum copiam merito laudatur opus in ſingula
rũ rerum deſcriptione aberrarunt vt eorum labor atq̃ induſtria a
legentibus in recenſenda hiſtoria comprobetur ſcribendi ordo
non careat reprehenſione. Timemus ſanetum temporum ex=
quiſitam tum plurimarum rerum hiſtoriam ſe traditurum polli
citus: quod nimium opere in aliis redarguendis impenderit cul
patur. Qua ex re a nonnullis obtrectator eſt cognominatus.
Ephorus hiſtoriam contexens eloquenter ſingula priuatim di=
ligenterq̃ rettulit libros ſuos in res ſingulas partitus.
Huius nos morem quoad facultas tulit ſecuti prẽſentem librum
deſcribendis inſulis diſtribuimus: in quis primum ſe offert ſici=
lia quę optima inſularum omnium rerum antiquitate cęteras
antecelli t. Hęc olim trinacria ab eius forma primum appellata
Sicania deinceps ab incolis dicta eſt. Poſtremo ab italis q̃ ſiculi
dicebantur in eam vulgo profectis ſiciliam dixere. Eſt eius am=
bitus ſtadiorum quattuor milium trecentorum ſexaginta. Nam
trium laterum verum a peloro lylibeum vſq̃ mille ſtadia ſep=
tingenta complectitur ad lylibeo a pachynum agri ſyracuſii ſta=
dia ſunt mille & quingenta. Reliquis ambitus protenditur ſta=
diis mille centum quadraginta. Tradunt ſiculi ducta ex anti
qua a progenitoribus fama ſiciliam cereri ac proſerpinę ſacram
eſſe Fabulantur poetarum quidam poſt plutonis ac proſerpi=
nę nuptias hanc inſulam ab ioue anaclyptę nymphæ tradi=
tam. Sicanos autem qui in ea antiquitus habitarunt indigetes eſ
ſe pręcipui ſcriptores tradunt. Has ſimul deas primum in ſici=
lia viſas inq̃ ea primo frumentum terrę bonitate ortum ſicut &
clariſſimus teſtatur poeta inquiens omnia ibi ſua ſponte terram
producere in agro leontino multiſq̃ pręterea ſicilię locis etiam
nunc triticum agreſte oritur. Deniq̃ ſi queritur ante frumenti
vſum ybi primum id repertum ſit: merito eius rei laus ſicilię tri=
buetur. Has deas certe repertores eius conſtat magno in hono=
re apud ſiciliam fuiſſe. Raptam vero ibi ꝓſerpinã argumentum.

Sicilię ſitus.

Trinacria.

Ceres.

Fabula decerere

esse volunt q̄ hę dee in hac tanq̄ insula admodu eis dilecta ha
bitarint. Raptū ꝓserpinę in patris iuxta etnā ciuitati ꝓpinqui
ferūt: q̄ filiis variisq̄ floribus dea dignis ornata erāt. Vbiq̄ pro
pter odorū fragrantiā sagaces canes odoratu carēt naturā sēsus
florū odore superante Est id pratū a superiori parte planū admo
dū aquis redundantibus circū & pręcipitiis vndiq̄ absciſſit. Ex
quo a nōnullis sicilię appellatur vmbilicus. Sunt ei ꝓpinqua ne
mora: prataq̄ & paludes vndiq̄ Speluncā insup pergrandem:
quę hiatū sub terrā habeat ad arctā spectantē esse dicunt: p quē
Pluto. Plutonē fabulātur cū curru rapta ꝓserpina trāsisse Lilia alioſq̄
flores odorē prębētes p vniuersū voluūt annū: quib⁹ aspect⁹ ob
Miner= lectet: virides pmanere Mineruā insup ac Dianā virgines cum
ua. ꝓserpina nutritas vna flores legere solitas fabulę: ferunt: vnaq̄
Diana. eas Ioui patri vestem fecisse: qua mutua cōsuetudine vsq̄ eā in
sulā oēs maxime diligibāt q̄libet locū quē elegerat sortita. Nam
minerua circa imerā regiones elegit: in quibus nymphę in eius
gratiaꝫ aquę calidę fontes scaturire hercule aduentante fecere.
Ortigia Quę loca simul & vrbē: q̄ nūc vsq̄ minerue nomen tenet inco=
lę ei sacrarūt. Diana in ciracusis insulā ad diis accępit orthygiaꝫ
Arethu ab ea tum oraculorū respōso: tū voce noiatā. Eodem pacto & in
sa. hac insula nymphę in dianę gratiā maximū producere fontem
qui dicitur arethusa. Hic non tantum priscis: sed nostris quoq̄
temporibus magna copia fert pisces sacros quippe ab homini
bus intactos. Sępius q̄ eos bellorū tempore edere ausi sunt deo
rum ira magna calamitates subierunt Verum de his posterius
Proserpina harū instar dearum prata circa etnā elegit cui fons
ingens syracusis dicatus est noie. Cyanes. At vero Pluto cum
Cyanę. rapta ꝓserpina ꝓpe siracusas per terrę hiatum ad inferos curru
descendit: syracusi iuxta Cyanem singulis annis dies festos ce
lebrant in q̄bus sacra faciunt: priuatim paruis victimis publicę
tauros in palude immergunt morē herculis imitari: qui eiusmo
Ceres di sacris quo tēpore gerionis boues p siciliā deduxit: vsus est.
Tradunt deinceps Cererē cū filiam reperire non posset facibus
in etna accensis varias orbis partes ꝓserpinam querentē deam
bulasse: hominesq̄ q eā grate susceperāt tanq̄ beneficii memo=
rem frumenti edocuisse vsum. In quis primū ꝓpter suā erga deā
humanitatem post siculos fuere athenienses. Qua ex re publi
te hanc deam pręceteris coluere tum sacrificiis ampissimis
tum eleusinę mysteriis quę antiquitate: castimoniaq̄ apud

omnes homines sunt vulgata. Cum plures ab athenienſibus humanitatis gratia frumentū accœpiſſet proximis illud incolis impartiti ſunt: atq; exinde per totum fere orbem eſt diffuſum. At ſiculi Cereris proſerpineq; erga eos indulgētia moti vt quibus frumenti vſus primum innotuiſſet: vtriq; earum ſacra: cerimoniaſq; diuerſo anni tempore inſtituerunt. Proſerpinę quidem meſſis tempore tanta caſtimonia: ſtudioq; quantam tanti doni ratio poſtulabat. Cereri vero cum ſemen in terram iactatur. Apparatu ac magnificentia exquiſita decem dies feſtos agunt priorē repreſentantes vitam: quibus diebus turpiloquio inuicem vt cō ſueuere vti deę dolor ex filię raptu conceptus riſu ex verborum ſcurrilitate mitigaretur. Hūc vt diximus proſerpinę raptum plures tum hiſtorici: tum poetę eſſe affirmant. Carcynus ſane tragędus qui ſyracuſas ſæpius acceſſit conſpecto incolatum in eiuſmodi ſacris ſtudio p: oſerpinam a plutone raptam atq; adiferos deductaz: poſtmodum vero a cerere ſumpto ex etna ſicilię igne plauctu: luctuq; quęſitam ab eaq; frumentum monſtratum: vnde & dea ſit habita in ſuo poemate affirmat. Non videntur autē omittenda huius deę erga homines beneficia. Nam pręter ab ea repertum frumentum leges edidit: quibus iuſtę ac pięq; homines viuere aſſueſcerent. Ex quo & legiferam dixerunt. Quibus inuentis haud facile quis maiora reperiſſe poſſet. Cum i his ſita ſit non viuendi tantum: ſed bene honeſtęq; viuendiq; inſtitutio Ṣed de his hactenus: nunc de ſicanis qui primi i ſicilia habitarunt quoniam de eis ſcriptores diſſentiunt eſt ſcribendū. Philiſtus eos ex hiberia in ſiciliam veniſſe affirmat: qui id nomen a ſicano iberię flumine traxerunt. Thimeus huius ſcriptoris inſciam arguens ſicanos ait ſicilię indigetes eſſe multa ſuę antiquitatis argumenta ferent quæ haud operepręcium eſt recenſere. Cęterum habitabant priſcis temporibus ſicani in montibus natura munitis in quibus vrbes latronum metu ędificarunt. Nulli enim regi ſuberant ſed ſuus cuiq; vrbi inerat princeps. Hi primum vniuerſam tenuere inſulam agros colentes ex quibus vitę cibum ſumebant. Poſtmomodum Etna ignes qui proximas regiones vrebant eruptante. Cum plures annos id incendium patriam vaſtaret: timore acti omiſſis orientibus locis partes quę ad occidendum vergunt peruere. Multis deinde ſeculis ſiculi ab italia in ſiciliā profecti loca tenuerunt ab ſicanis relicta. Opibus deinceps ac viribus potētes propinquis agris occupatis

Proſerpia

Leges

quottidie magis imperiũ augebãt. Quo ad bello ſępius cum ſica
nis moto certo poſtmodum fędere agrorũ fines iuicem ſtatuerũt
Poſtremo a gręcis colonię in ſiciliam deducte ſunt vrbeſq; mari
timę conditę mutua poſtmodum conſuetudine vſuq; cum plu=
res in diem gręci in ſiciliam nauigarent & linguam grecã omiſ
ſa barbara didicere & mutato nomie ſiculi ſunt appellati. Sequũ
Septem tur ęolides inſulę ſeptẽ numero. Strongyla. Eunoyma: Didyme
ęolides. Phinicodes: Sacra: Vulcania: Lypara In qua eſt eiuſdem nomi=
nis ciuitas. Sitę autẽ ſunt inter italiam ſiciliamq; recto curſu Di
ſtant a ſicilia centum quinquaginta ferme ſtadiis. Pares inuicez
magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur ſtadia cẽtũ
quinquaginta. Ignẽ hactenus euomebant omnes: quarum mea
tus: oraq; ignis etiam nunc viſuntur. In ſtrõgyla ac ſacra hucuſ,
q; exterrę hiatu vẽtus erumpit & fętor ingens: eructat quoq; are
nam: lapideſq; igneos permultos quẽadmodum & Etnę accidit
Aſſerunt nonnulli meatus eſſe ſubterraneos ab etna ad has inſu
las & his omnibus eandẽ ignẽ ſperandi cauſam eſſe. Has inſup
lyparus inſulas tradunt olim deſertas fuiſſe. Sed lyparũ quendam Auſo
Auſon° ni regis filium a fratribus diſſidentem ex italia cum longis nauí
Eolus bus aduecta ſecum militum copia ad inſulam appuliſſe: quę ab
eo lypara ſit appellata: inq; ea ſui nominis vrbe condita reliqua
rum quoq; inſularum agros excoluit. Eo ſeneſcente eolus hippo
ti cum ſociis quibuſdam in lypatã cum veniſſet ſumpta vxore ly
pari filia his poſtmodum inſulis ịperauit. Verum lyparus cum in
italiã reuerti cuperet iuxta Surentum tenuit loca quibus magna
cum laude pręfuit. Defunctus deinde ac magnifice ſepultus ho
nores heroicos ab incolis aſſecutus eſt. Eolum vero is eſt ad quẽ
fabulę vlyxem errantẽ diuertiſſe tradunt iuſtum ac pium extitiſ=
ſe. Legimus & erga hoſpites perhumanũ pręterea velis vti nau=
tas docuit. Obſeruatione ignis qui venti futuri eſſent prędixit.
Vnde & illum fabulę ventorũ potentẽ dixere. Ob eximiam eius
eoli filii pietatem deorum amicus ẽ nominatus. Ex eolo filii ſex orti ſunt
Aſthiothus: Xutus: Androcleus: Feremon locaſtes Agatyrſus: q
omnes ob gloriam ac virtutes paternas magno in honore ſunt
habiti. Horũ locaſtes loca italię circa regiũ poſſedit. Feremon at=
q; androcleus eam regionem ſicilię: quę a freto quod inſulam
diuidit vſq; lylibeum eſt: tenuerunt. Huius regionis agros: qui
ad orientem vergunt coluere ſiculi. Qui ad occaſum ſpectant ſi=
cani. Hi inuicem diſſidentes eoli filius tuz propter vulgatã patẽ

tis pietatem: tum ob eorũ in securã ac diligentiam sponte parue runt. Imperauit quoq; Xuthus ei parti q̃ ad leontinos vergit vsq; ad hęc tempora ab eo Xuthia dicta. Agatyrsus cuz dominaretur ei quę nunc agathyrsis ora appellatur: vrbem condidit ab se a= gathyrsidem vocatam: astocyus prefuit lyparę qui omnes pater= ne virtutis emuli magna cum laude vixerunt. Cum pluribus se= culis coli ꝓgenies in sicilia regnasset: tandẽ defecit: post hos si= culi ad meliores viros principatũ deferebãt Sicani orta ob princi patũ contẽtione bello inter se certarunt. Multis deinceps exactis annis cũ insula cultoribus in diẽ magis deficeret gnidii quidam rhodiiq; regũ asię iniuria oppressi in siciliam deducere colonias decreuere. Sumpto duce penthalo gnidio qui genus suũ ad hip= potũ herculis ꝓgeniẽ referebat qnquagesima tunc olympiade in qua stadii victor fuit lacedęmonius Epistesiades. Egressi circa ly libeum egesteos. Sellinuntios inuicem bellantes inuenerũt. Fę dere cum sellinuntiis inito prelioq; aduersus egesteos commisso multi eorum cecidere. In quis dux penthalus occubuit. Qui ex p̃ lio superfuerunt sellinuntiis deuictis statuerunt inde abire crea= tis ducibus gorgone Thestore ac epitherси de penthali domesti= cis p̃ tyrrenũ pelagus cum ad lypaeam appulissent humaniter ab incolis accepti habitarũt in isula numero ferme qngenti. Post modũ tyrrenis mare latrocinio infestantibus ad se tuendũ naues ędificarunt. Eorũ pars ad cõez vtilitatem colebãt agros pars py= ratis obsistebat. Hi cõicatis inuicem fortunis rebusq; omnibus a liquandiu in ea vitę cõmunione permansere. Deinceps cũ lypa rũ vrbẽq; eius cœpissent reliquarũ insularũ agros cõiter exerce= bãt. Postremo oẽs insulas in viginti annos ita vt denuo illas eo acto tempore sortirentur partirẽtur partiti sunt. Nonnullis p̃terea naualibus pugnis superatis tyrrenis spoliorũ decimas i delphos obtulerunt. Superest vt causas addamus qbus postea fœlicitatis glorięq; incrementa lyparę vrbis suscepit. Primum ipsa natura tum pratis insula decora est: tum balneis quemadmodum com= mendantur ad valitudinem enim conferunt & summam ex vsu prębent voluptatem. Quo fit vt sículi permulti morbo implicíti eo sanitatis gratia confluentes valitudinem pristinam recuperent. Profert insuper ea insula metallũ celebre quod alumen appellãt Ex quo lyparenses romanicq; magnum percipiunt vectigal. Nã cum nullo in loco orbis alumen generetur magnos affert huic in sulę quęstus. Hęc parua est magnitudine: sed fertilis ad homi=

Xuthus

gnidio= rũ & rho diorũ de cretum

Lypara.

nũ vitã q̃ppe q̃ omnis genere piſces abũde prębeat & fructus ar
borũ ſuaues guſtu: poſt lyparã occidentem verſus inſula eſt par
ua admodum deſerta & ab re quadam oſtendis cognominata3
Nam carthaginenſes quo tempore abuerſus ſyraſios belluȝ geſ
ſere magnis peditum copiis ingentiq; claſſe in ſiciliam profecti
ſunt. His cum plures mercẽnarii variis ex gentibus mixti eſſent:
& hi ſępius pręſertim ob ſtipendium ſuo tempore non impẽſum
ſeditioſi numero milia ſexagĩta primum ad prętoria concurren
tes tumultum aduerſus duces excitabant: minabantur: ſed cum
ſępius pecunię deeſſent armis ſi quod deberetur vendicaturos.
Conſultus ſenatus imperatoribus occulte mãdauit vt ſeditioſos
ex exercĩtu amouerãt: itaq; mercẽnarios oẽs ſumpta alterius bel
li occaſione in naues impoſitos in hanc inſulam expoſuerunt.
Vbi relicti famę abſumpti ſunt: tot hominum defunctorum oſſa
paruę inſulę nomen dedere Recenſitis eoli inſulis deinceps ad
reliq; alteras inſulas tranſeamus: in ea ſicilię parte quę ad meri=
diẽ vergit tres ĩſulę ſunt. Quarũ ſingulę portus tutos habẽt naui
gantibus Prima quã meliten dicũt a ſyracuſiis remota ſtadiis o=
ctoginta portus habet plures admodum vtiles. Eius incolę fortu
nati exiſtimãtes: quoniã & varii generis exercẽt artes & optimas
faciunt lineas telas tuȝ tenuitate: tũ mollitię ſpectatas Domos i
ſuper ędificãt pro loci qualitate pulchras & exornatas gypſo Eſt
autem hęc inſula velut palmarũ colonia quadã cũ ibi plurimæ
fiant. Mercatores vſq; ad occidens pelagus nauigantes ad hanc
confugiunt vt quę plures habet tutos portus. Qua ex cauſa eius
gaudas accolę ꝓpter eius beneficia mercatoribus impenſa & opibus &
cyrcena gloria rem auxerũt. Eſt & alia inſula noie gaudas: q̃ plures habet
oportunos portus & abundat palmis. Deinceps eſt & Cercyna: q̃
ad lybiã ſpectat. In qua haud ignobilis eſt ciuitas & portus non
ſolum mercatoribus vtilis: ſed longis nauibus accõmodatus. Se
Ethalia. quuntur poſt lyparã inſulę ad tyrrenum pelagus ſitę. In quibus
vna eſt noie ethalia populonię oppoſita vrbi diſtans a continẽti
ſtadiis ferme centum: q̃id nomẽ ab ethalio: qui ei p̃fuit duce ſor
tita eſt. In ea effoditur p tra Ex qua ferrũ excuditur incidũt eniȝ
id metalli genus quo abũdat inſula inde ex ſaxis in fornacibus
decoctis ferrum liquefactũ in fruſtra partiuntur magnis ſpõgiis
ſimilia quę poſtmodũ mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro
artifices varia cudunt inſtrumenta rei ruſticę diuerſiſq; artibus
accõmodata. Pręter hanc eſt inſula longe ab eis ſtadiis trecentis

quę grecis Cyrnos appellatur a romanis vero atq; incolis cor-
ſica. Hęc aditu facilis portum habet pulcherrimum noie ſyracu-
ſium. Celebres in ea ciuitates habentur duę ſ. Calaris & Nicea.
Calaris a phocenſibus q a tyrrenis poſtmodum inſula pulſi ſũt
nicea a tirrenis maritimis q reliquas ẽt tyrreni maris inſulas ſuę
ditiõis feceſt cõditę Hi poſtea vrbibus q̃ i cyrno erãt ſubactis. Re
ſinę cereq; ac mellis: quorũ ea fertilis eſt iſula tributa ipoſuerũt
Serui q in ea ſunt plurimũ ab aliorum ſeruorũ: quod eis natura
accidit; vſu vitę differunt. Inſula ampla eſt: magnaq; ex parte
montuoſa ac ſilueſtris fertur fluminibus inſuper irrigua Homi-
nes lacte melle a cornibus: omnia affatim prebet patria iuſte &
humaniter vltra cęteros barbaros inuicem viuunt Fauum quod
in montanis arboribus reperitur illius eſſe ſinunt. quid id prius
adinuenit Oues ſignaculis diſtinctę etiam nullo cuſtode patro
nis ſeruantur in priuata vita actionibuſq; miro quodãmodo iu
ſticiam obſeruant. Mirandum vero eſt quod apud eos fit in filio
rum ortu. Nam cũ mulier parit nulla eſt puerperi cura Sed vir
eius veluti & ipſe implicitus puerperii morbo ſtatutos dies do-
mi vxoris curã ſuſcipit. Naſcitur in ea inſula taxus copia in aq̃
arbore mel quod fit amarũ admoduꝫ exiſtit Barbari inſulam ha
bitantes varia vtuntur loquela & ad intelligendum difficile Nu
mero excedunt hominũ triginta milia Huic proxima Sardinia
inſula ſiciliæ par magnitudine a barbaris iolaos vocant tenetur
Hos ab iolao ac theſpiadibus: quorum plures in eã inſulã tran
ſcen derunt genus ducere putãt Nã quo tẽpore hercules decãta
tos ſubiit arbores liberos ab eo ex Teſpii filiabus ſuſceptos cum
grecorũ barbarorumq; copia ſecũdũ certũ oraculũ in ſardiniam
ad cõdendã coloniã miſit. Qđ ſentiens iolaus herculis nepos in
iſulã venit: inq; ea cõditis haud cõtẽnẽdis vrbibus patria oi po-
titus populos ab ſe dixit iolaos. Gymnaſia & deorũ tẽpla cęte-
raq; ad hoium fœlicitateꝫ ſpectantia quorũ adhuc monumenta
extãt ab eo ſunt iſtituta. Cũ ab oraculo traditũ eẽt hãc coloniam
liberã ſemper futurã verũ vſq; ad hęc tpa id oraculũ fuit. Mam
cũ carthaginẽſes magnis copiis inſulã cœpiſſent Nunq̃ iolaos
ſubegere. Ad mõtana. n. atq; aſpa cõfugientes loca effoſis ſub
terram habitaculis lacte: caſeo: carnibus ex pecoribus: q̃ pluria il
lis erant veſcebantur. Agriq; colendi declinatio labore in mon
tibus vitã quietã ducebant. Carthaginenſs cum ſępius eos bel-
lo tentaſſent difficultates locorũ ab ſterriti liberos reliquerunt.

Mirũ de parienti bus

theſpii

Postremo romanis armis sępius lacessiti hac locorum aspertate inuicti permansere iolaus iis quę ad statum colonię pertinebant compostris ingręciam rediit. Thespiades cũ multis secumlis insulę p̃fuissent tandem in italiam nauigantes loca circa cumã tenuere. Reliqua multitudo: deposita barbarie p̃ficientes sibi ex accolis optimos duces hucusq; libertatem seruãt preter has insulas est alia pytiussa a penis quę frequentes in ea nascuntur nomen sortita. Distat ab herculeis colũnis dierũ triũ nauigatione a lybia vero diei noctisq; vnius dieivnius ab hiberia Magnitudine similis corcyrę: rerum copia mediocris Vites fert ea regio licet raras. Cęterę arbores in conuallibus fiunt. Inter ea q̃ibi oriũtur lanam perferunt. Distincta campis ac collibus insula vrbem habet enesum cartaginensium coloniã mœniũ ambitu ac frequentibus domibus portu insuper perutili satis celebrez palmis p̃terea fertilis est variis a barbaris p̃sertim phœnicibus habitata. Hęc colonia centum sexaginta annis post conditã carthaginem est deducta. Alię quoq; existunt insulę hyberię oppo

Gymnasię. Baleares

site a gręcis gymnasię ab incolarũ nuditate: qui ęstatis tempore absq; vestibus incedunt. Ab accolis vero ac romanis baleares a fundę iactu qui rectius q̃ reliqui lapides iaciunt appellati. Harũ media maior est reliquis insulis demptis septẽ Sicilia: Sardinia: Creta: Euboea: Cypro: Cyrno: Lesbo. Abest ab hyberia dieivnius nauigatione. Minor ad oriẽtem spectat nutriens plurima omnis generis armenta: sed multos pręcipuę qui & magni sunt & sonora voce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera est referta habitatoribus vt qui triginta hominum milia excedant. Ad vinipotum quod rarum apud eos est sunt promptiores: oleo omnino carent: ideo exentisco & procidipe mixtis vngunt corpora mulieres adeo prę cęteris appetunt vt mulierem a prędonibus captam tribus aut quattuor redimant viris. Habitant in saxis concauis: iuxtaq; pręcipites petras: effosis cuniculis ad corporum tegumenta vtuntur & vitę securitatem Aureo nũmo: aut argento non vtuntur Quę afferri ad insulam prohibent causam

Auri opulẽtia geriõ iterfect9 est.

afferentes Gerionem Crisauri filium auro atq; argento opulentissimum quodã ab hercule bello expugnatũ existimãt enim eo pacto cum auro atq; argento careant sese facile oẽs vite insidias euasuros. Hanc ob rem cum olim cum carthaginensibus militassent: ex stipendio impenso mulieres acvinum emptum secum tulere. Mirandum vero quod in nuptiis de more seruant in

epulis enim̃ quę cum domesticis amicisq; in nuptiis fiunt. Primus secunduſq; & deinceps secundum ętatem reliqui nuptam magno numero cognoſcunt. Vltimus ſponſo locus ad vxorem datur: priuatim quid etiam & a cęterorum moribus alienum in defunctorum ſepulchris obſeruant. Linis enim membra corporis inciſa in vas coniiciunt ſupraq; ſaxa accumulant. Arma eis ſunt fundę tres: vna caput cingunt. Altera ventrem. Tertia in manibus geſtatur: in prędio lapides multo maiores q̃ reliqui itą iactãt robuſte vt ab aliquo tormento lapis miſſus videatur in vrbium expugnatione lapidum iacta eos quidem ſupra ex propugnaculis tuentur mœnia vulnerant in pugna vero ſcuta galeas omneq; armorum genus confrĩgunt ita autem recte lapides propellunt: vt raro effugiat ictum appetitus locus quod eis continuus a pueritia vſus prębet a matribus ad id certamen coactis: imponunt enim ſupra erectum lignũ panem ſignũ quod ictu petant: neq; ante cibũ capiũt: q̃ panem lapide eiectum ꝑ cibo ſumunt permiſſu matris. Poſtea q̃ inſulas quę ad columnas herculis ſpectant rettulimus ad oceani inſulas tranſeamus Eſt lybiam verſus ad oceanum ſita plurimũ dierũ nauigatione inſula permagna agro fertili tum campis amœnis tum montibus diſtincta. Fluminibus rigatur quę ſint nauium capacia plurima: ſunt in ea pomaria variis arboribus conſita ortiq; amœni: quos aquę dulces interfluunt Diuerſoria in illis ędificant ſumptuoſa hortus quaq; tenuiorum vmbracula decorant in florum morem ſita in quę ęſtus tempore diuertunt. Amœna fertiliſq; regio copia fructuum exuberat. Montes frequentibus ſiluis arboribuſq; fructiferis: aq̃s inſuper irriguis ornantur. Abundat quoq; inſula fontibus aquę dulcis: quę non tantum vſui voluptatiq; incolentũ ſatiſfacit. ſed etiam confert ad robur corporum ac valitudinem Sunt inſuper loca diuerſorum animalium venationibus apta ex quibus epulas conficiunt ſuaues ac ſumptuoſas: piſces etiam mare affatim ꝑbet Eſt & aer ibi ſaluberrimus: qui maiori ex parte anni fructus ferat aliaq; ſpeciem ac decorem preſtantia: vt hęc inſula non hominum: ſed deorum diuerſorum ob eius fœlicitatem exiſtimetur priſcis temporibus quoniam a reliquo orbe diuulſa videtur incognita hoc poſt modum modo reperta eſt phœnices quondam ad diuerſa emporia nauigantes ſæpius plures inlybia nonnullas in europa: quę ad occidentem ſpectat colonias condidere. Multis deinde opibus coactis extra

Sponſe coitus

Funde.

colũnas herculis oceanum ingressi in cheronneso europę litoris colũnis propinquo condidere vrbem: quam Gadiram dixerunt

Gadira

in ea inter cętera ędificia templum herculi quod ad nostraz vsqꝫ ętatem summa in veneratione honoreqꝫ est habituz. Statutis de more phoniciorum sacris sumptuoso opere constructo plures romanorum duces clarissimi magnis rebus gestis vota huic deo suscepta persoluerunt. Verum phœnices per oceanum mare iuxta lybiam nauigantes plures dies tempestatibus acti: cum ab hanc insulã delati essent animaduersa eius natura fœlicitateqꝫ notam cęteris fecere. Qua ex causa cum tyrreni qui classe potentes erant in eam insulam coloniam mittere decreuissent a carthaginensibus sunt prohibiti veritis ne loci bonitate alecti ciues eorum ad eam conferrẽt: & sic si qua forsan aduersa vbi fortuna incidisset, volebant ignotum ad quem facile confugerent locum esse. Sed ad europam redeamus in oceano gallię montibus herciniis totius europę maximis oppositę sunt insule plures. Quatum maxima est britannia priscis temporibus nullius aduenę imperium experta. Neqꝫ n. Dionysium: neqꝫ herculez neqꝫ heroa aut ducem quempiam accepimus eos bello tentasse. Nũc. C. Cęsar qui ꝓpter gestas res deus ẽ appellatus prius oim britannis subactis certũ eos dare tributum coegit. Sed de his suo tempore dicetur latius. Est hęc insula triangulari forma sicilię similis latera habens inęqualia. Cum protendatur per obliquum Europã versus vbi minimum a continenti abest promontorium est qui appellatur. Catiõ procul a terra: quo tempore mare fluit stadiis ferme centum. Alterum promõtorium Beleriũ noie abesse aiunt a continenti nauigatione dierum quattuor. Reliqua pars quã orcham appellant ad mare spectat. Minimum latus europę adiacens protendi asserunt stadiis septem milibus. Lateris secũdi longitudo a Catiõe vsqꝫ ab promontoirum stadia cõplectitur quindecim milia Tertium latus stadiorum milia viginti. Ita vniuersę insulę ambitus stadiorum est milium duorũ & quadragita

Britan-nia

Cation

Beleriũ

Orcha

Britanniam incolere tradunt ab origenes qui priscorũ more vitam degant. Vtuntur enim impugna curribus veluti antiquos grecorum heroes vsos in bello troiano ferunt. Domos ex calamis aut lignis vt plurimum habẽt cõpactas. Frumenta cũ aristis sub tectis reponunt. Inde qđ satis in diem sit vsui terentes. Moribus simplices integriqꝫ existunt Longe a nostrorum hominum astutia versutioqꝫ remoti. Cibo simplici vilicqꝫ vitam dicunt:

atq; a diuitū delitiis alieno Multitudine hominū insula plena ē. Aer vt qui ad septentrionem spectet frigidus. Reges principesq; ibi sunt plures pacē inuicē seruātes Sed de his diligētius cū ad cę saris gesta qbus britannos subegit veniemus: nunc de stāno qđ in ea effoditur narrabimus Britanni q; iuxta belerium promontoriū incolūt mercatorū viu: qui eo stanni gratia nauigāt humaniores reliqs erga hospites habentur. Hi ex terra saxosa cuius venas securi effodiunt stannū igne eductū i quādā insulā ferūt britannią iuxta quā icta vocāt. Maris fluxu videntur insulę: cū vero refluit exciccato interiecto littore curribus eo stannū deferunt priuatim qd videtur eis insulis contingere: quę britanniā Europāq; interiacent: nā pleno mari insulę refluente vero cu interiectus locus deficit aquis cōtinēs videt. Ex his insulis mercatores emptum stannū i galatiā portant. Inde diebus fere triginta cum equis in fontem Eridani fluminis perducunt & de stanno hactenus nunc de electro dicendū Scithię q̄ supra galatiā est oppositā insula in oceano iacent nomine basilea. In quam tempestas electrū plurimū eiicit nulla alia in parte orbis repertum. De eo qdā veteres fabulas scripsere haud dignas fide: & quę a posteris reprehense sint. Nonnulli. n tum poetę: tum historici tradunt phętontem solis filium: cū puer esset. petisse a patre: vt vnicum diem solis currū regeret. Illo assentiente sumpto curru cuz ęquorū frena regere nequiuisset ab ęquis contempto puero extra solitum cursum esse currum delatum. Et primo cœlū equorū errore incēsum circulumq; qui galatia dicitur exinde factum deinde magnam combustam orbis partē. Quare cōmotum iouem fulmine phęton temtradunt peremisse: solemq; in pristinū redegisse cursum phętontem in fontibus eius qui nūc est padus olim Eridanum dicebant decidisse. Eius mortē nyphas fleuisse sorores doloriscq; magnitudine mutata natura in populos fuisse versas. Has annis singulis eodem tempore lachrymas educere: quibus electrum fiat reliquum splendore superans. Sed cum hi harum fabularum conditores procul avero aberrasse a posteris deprehensi sint nos veram historiam sequamur: nascitur in ea quam rettulimus insula. Cum vero ab incolis ad proximum deferatur continentem inde ad nostra vsq; asportatur loca. Haud sane abre erit gentes europę conterminas quas in superioribus libris omisimus paucis referre. Celticis olim imperauit aiunt vir agregius. Ex quo filia corporis magnitudine vltra naturę modū decoremq; ęteras

Icta

eridanꝰ

Phętonꝰ

Galatia

Padus

Electrū.

excellens orta eſt. Hęc tum viribus: tum ſpecie elata oēs: qui eam vxorem expetebāt conſēpſit: exiſtimans neminē ſuo matrimo-
Hercules nio dignū Interim cum hercules bello aduerſus Gerionem mo-
Aleſiaz. to veniſſet in celticam: inq; ea ciuitatē Aleſiā condidiſſet Admi
rata. tum virtutem Herculis: tū corporis pręſtantiam permiſſu pa
rentū concubitū appetiuit: iuncta illi filium genuit nomine gala
tem: qui coęuos ſuos: tum virtute animi: tuz viribus corporis ex
ceſſit. Vir factus cum paternū regnum ſuſcepiſſet. Plures oras ſi-
bi ſubdidit propinquas p̄claris rebus bello geſtis. Cum eius glo-
ria efferretur ſubditos omnes a ſuo nomine appellauit galathas:
Galates ex quo ois ea regio galatia dicta eſt. Hęc a pluribus nationibus
Galatia incolitur quę inuicem gentium numero differunt Nam quę ma
ior habetur inter eas ducenta virorū milia efficit. Quę minor qn
quaginta. Harum gens vna ergo romanos & quę ad hanc vſq; ę
tatem manauit affinitatē amicitiāq; cōſeruat. Natio vt plurimuz
ad arctū ſita regio frigida vtq; hyemis tempore pro aqua niuibꝰ
oppleta exiſtat Glacies quoq; immenſa adeo patriam occupat:
vt flumina congelata ſint peruia tranſeuntibus non ſolum pau-
cis: ſed exercitibus quoq; cum curribus atq; impedimentis. Com
plureē magniq; fluuii per galatiā vario curſu fluant ii & p̄fun-
dis ſtagnis hi ex montibus partim in oceanū. Alii in noſtrū mare
decurrunt. Eorū qui in noſtrū mare labuntur maximus cenſetur
Eridanꝰ eridanus qui in alpibus fontes habēs quinq; hoſtiis deſcendit i
danubiꝰ mare. Qui vero in oceanū defluunt: maximi habētur. Danubius
Rhenus ac rhenus: quē diebus noſtris. C. Cęſar pontibus miromodo iun
xit pedeſtribuſq; traductis copiis galatas vltra rhenum habitan-
tes in poteſtatem redegit. Plures alii nauium capaces fluuii exi-
ſtunt in celtica: quos breuitatis cauſa omiſimus. Sed hi omnes
fere hyeme congelati ſecurū tranſitum iniectis de ſuperne labā-
tur paleis euntibus p̄bent. Id vero quod dictu mirabile in maio-
ri galatię parte accidit: non videt ſilētio prętermittendum. Nam
ęſtate ab occidente ſeptētrioneq; perflant tanta vi impetuq; ven
ti: vt lapides q̄dos manus poſſit cōtinere a terra rapiat: ac veluti
harenę lapillorū aceruos haud paruos cumulet. Eſt vt aliquādo
ab hominibus arma ac veſtes quandoq; aſcenſorem vi ab equo
auferat. Denique tanta eſt aeris frigiditas: vt neq; vinum ea re-
zitum gio neq; oleum producat. Quare coacti homines potum ſibi ex
ordeo comparant quem appellant zitum Aqua etiam qua lauāt
fauum mellis vtuntur. Vino prętermodum adeo delectantur: vt

a mercatoribus importatũ puruz bibãt: minimoqꝫ potu ebrii aut in somnum inducant aut in insaniã. Quo fit vt mercatores itali ci plures quçstu ducti vinum: tum nauibus: tu m per terram curribus deferentes picernam puerum mercantur pro vini amphora. Vniuersa galatia argento caret. Aurum eis absqꝫ opificio aut labore aliquo prçbetur natura. Nã cũ fluminum decursus difficiles flexus habeat superans ripas a montibus fluens aqua arenaz aurem passim per cãpos eiicit. Glebis postmoduz in quibus aureum splendet attritis aquaqꝫ lotis dempta terra reliquum in fornacem coniectum fundũt. Hoc modo liquefacto puroqꝫ educto auro ad ornatum corporis mulieres viriqꝫ vtuntur. Etenim & manuum articulos & brachia armillis aureis exornant. Circa colluz insuper grandes torques gestant ex solido auro: & in digitis annulos. Thoraces etiam oro exornant. Priuati aliquid etiã ac mirabile superiores certe in deorum templis obseruant vt in sacris tẽplisqꝫ plurimum auri diis oblatum spargant. Neqꝫ illud incolarũ quisqꝫ q̃uis gens auro sit auida propter religionem audet contingere. Sunt galatç molles atqꝫ albi corpore oblongo. Comas quã uis habeant natura ruffas: studio tamen augent naturç colorem Calamistro capillos inflectunt fronte illos ad ceruicem reiicientes: vt satyris aspectu puerisqꝫ appareant perssimiles: capillos arte efficiunt crociores: vt nihil differant ab equorum iubis. Barbam quidam tradunt nonnulli nutriunt parce nobiles genas qdem radunt. Barbam vero adeo sinunt crescere: vt operiant corpora. Quo accidit vt cum edant repleantur cibo. Cum verò bibunt veluti per canale potus videatur inferri. Cœnant sedendo omnes non in sedibus: sed in solo super luporum aut canum stratis pellibus: ministrant eis pueri iuniores çtate tenera: iuxta eos ignes fiunt in quis olle sunt & verua plena carnibus Viros bonos melioribus carnibus honorant quemadmodum poeta aiaci scribit impensum irb aptimatibus honorem: quando singulari hectorem certamine vicit. Hospites ad epulas qui sint: qua causa venerint post cœnam rogantes. Consueuerunt quoqꝫ sumpto cibo ad verborum prout causis intulit concertationem surgentes ex prouocatione certare inuicem nulla habita vitç cura i creuit enim apud eos pithagorç sententia: qua dixit animas hominum esse immortales rursusqꝫ eas defunctis corporibus post certum tempus in alia corpora reuersuras: ob hanc causam in defunctorũ pyrã epistolas scriptas quidam coniiciunt tãq̃ eos mor

Galatia caret argento

Galatç.

t

tui sint lecturi: in itinere ac pugna bigis vtuntur quas rhedarius & assessor ducunt. In bellis obuium hostem iaculo ex curru primum appetunt: tũ relicto curru pedites ensibus certant. Quidaz adeo mortem cõtennunt: vt pugnẽt nudi. Custodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt: qui & pro aurigis ĩ pugna seruiant: & ferãt scutum: instructã aciẽ preire consueuerũt & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare arma vt hostem terreant quatientes. Cum quis strenue in acie pugnauit: tũ maiorum: tum suas laudes ac virtutes decantant. Res hostium deprimunt tãq; vituperatione dignas. Deniq; omnis in bello audaces extollunt verbis. Capita hostium in acie cadentium abscisa equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atq; hymnis affigenda quemadmodum feras solent venatu captas. Hostiũ nobiliorum capita aromatibus vncta in tecis condunt summa diligentia ostendentes ea hospitibus nulloq; precio ea vel parentibus vel aliis reddunt. Tradunt eorum rideri nonnullos ♀ ♀ capite tantũdem pensi auri barbaram magnificentiam ostentantes nequaq; velint accipere. Non. n. bellicę virtutis insignia nõ venadere nobile est: sed cum mortuis pugnare ferum habetur atq; agreste.

Bracę

Vestes ad terrorẽ intonsas ac coloris varii ferunt quas illi vocant bracas. Sagula gerunt virgata: hyeme quidem crassiora Aestate subtilia. Fictilia in vsu habent densa ac floribus distincta Arma ferunt scutum ad staturam hominis longum proq; libito cuiusq; ornatum. Quidam in scutis animaliũ formas ereas paulum eminentes gestant & ad ornatum & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt paulum eminentiore: in q̃ aut cornua impressa sunt aut auium vel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habent suo more barbaras: vt quę, asperum sonũ & turbulentum reddant. Thorace ferreo vtuntur: quidam alii armis a natura datis nudi pugnant pro ensibus ferreas spatas gerunt oblongas erea cathena a dextero latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur: iaculis insuper bellantur: quę illi lanceas vocant ferro cubiti aut amplius lõ

Lancęę

